Bartolomé m̃n [illegible]

[illegible] de Joan [illegible]

[illegible] cabrera

[illegible] 6 2. [illegible] de [illegible]

[illegible]

[illegible]


[illegible]

[illegible]

COMETA-
RVM EXPLICATIO ATQVE PRÆDICTIO,

liberalium artium Magistro Barriento autore.

Humanarum literarum Salmanticæ professore & cathedrario.



SALMANTICAE.

Impensis Simonis Portonarij.

Cum Priuilegio.

1574.

LICENCIA.

DON Phelipe por la gracia de Dios Rey de castilla, de Leon, de Aragon, de las dos Secilias, de Ierusalẽ, de Nauarra, de Granada, de Toledo de Valẽcia, de Mallorcas, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iaen, de los Algarues, de Algecira, de Gibraltar, Conde de Flandes, y de Tirol, &c Porquãto por parte de vos el Maeſtro Bartolome de Barriẽtos Cathedratico en la vniuerſidad de Salamanca, nos fue fecha relacion diciẽdo que vos auiades compueſto vn libro en latin de Cometis el qual era muy vtil e prouechoſo a la republica, en el qual trataua general, y particularmente de Significacione & predictione cometum, y tambien deſta cometa q̃ auia ſeys meſes que parecia. Porende que

A 2 nos

nos ſuplicauades os mãdaſe darlicẽcia y priuilegio por tiẽpo y eſpacio đ diez años o lo que nos fueſemos ſer ſeruido para que vos o quien vueſtro poder ouieſe, y no otro ninguno lo pudieſedes imprimir y vender, o como la nueſtra merced fueſſe lo qual viſto por los del nueſtro Conſejo, y como por ſu mandado ſe hizieron las diligẽcias que la pragmatica que por nos nueuamente hecha ſobre la impreſsion de los libros diſpone fue acordado que deuiamos mandar dar eſta nueſtra carta para uos en la dicha razõ, y nos touimos lo por bien. Y por la preſente os damos licencia, y facultad para que por eſta vez podays imprimir el dicho libro por el original que en el nueſtro Gonſejo Se vio que va rubricado, y firmado alcabo de Pedro del Marmol nueſtro eſcriuano de camara de los que reſi-

reſidẽ en el nueſtro Conſejo, ſin por ello caer ni incurrir en pena alguna cõ que deſpues de impreſo no ſe pueda vender ni venda ſin que primero ſe traiga al nueſtro Cõſejo juntamente con el original para qne ſe vea ſi la dicha impreſsion eſta conforme a el y ſe os de licencia para lo poder vender, y ſe taſe el precio que por cada volumen ouieredes de auer ſopena de caer, e incurrir en las penas contenidas en la pragmatica, y leyes de nueſtros reynos de lo qual mandamos dar eſta nuera carta ſellada con nueſtro ſello, y librada de los de nueſtro Cõſejo. Dada en Madrid à veynte y ſiete dias del mes de Iulio de mil y quinientos y ſetenta y tres años.

D. Epiſcopus Segobien.	El licenciado Iuan Thomas.

El Doctor Frãcisco de Auedillo. El Licenciado Luys de Molina.

El Doctor Domingo de Cardenas Capata. El Doctor Aguilera

Yo Pedro del Marmol Escriuano de su Catolica Mageſtad la fize eſcriuir por ſu mandado con acuerdo de los del ſu Conſejo.

AD SACRAM ATQVE CATHOLICAM HISPANIARUM REGIS POTENTISSIMI PHILIPPI REGIAM MAIESTATĒ.

Ntiquorū monumenta docent altißime rex priſcos illos ſcriptores Apollinis tripodem & diuos viros, quibus ſua opera dicarent, quæritaſſe: Hac potißimum de cauſa, vt eorum ſcripta ab inuidia tuta eſſent: noſtri vero feliciſsimi temporis ſcriptores, quando tuum venerandum numē ante conſpectum verſetur.

Apollinis tripodes alijq; eximij & egregij prætereũdi, tuæq; maiestati labores dedicãdi, & quãquam eruditorum lucubrationes nihil tam altum excogitare ac promere possint, quod tantæ potestati æquare valeat tanquam Phaeton ille magnis ausis excident, atque cum ad magna aspirare sint conati, voluisse sat erit. Id saltem commodi adipiscẽtur, vt cum sibi persuaserint, sua opera tanti sacrarij tẽpla aditura, animos intẽdent, summa ope enitentur, vt limatius ac exactius quam queant, suę vigilię in publicũ prodeant. Ego nempe non vt inuidiã fugiam, quis enim viuens ea caruit? Sed vt ingenium, mẽtem animum, cogam ac instigem, vt per-

fectiu

fectius quæ aggredior, effingam & condam, hoc cometarum opusculus tibi potentissimo regi Philippo offerre ausus sum, de sublimibus nanq; ac cælestibus agens numina quibus hęc nuncuparem, mihi in quirenda fuerunt. Acesse runt in super amicorum consilia, qui adeo sacrata penetralia aditem, monuerunt: tantiqne momenti apud me extiterunt: vt eorum sententiæ repugnate religio sum mihi videretur. Proditigitur cometarũ libellus, vbi quid nostri temporis crinitum sidus, ꝙ nuper apparuit, quidque reliqui cometæ vaticinentur, ad manũ ac in promptu hac nostra opella occuret.

CAPITA QVAE in hoc opuſculo continentur.

De ſtel

AV-

AVTORES QVI IN HOC OPVSCVlo citantur.

A

Aristoteles,
Auerroys.
AEgyptij.
Augustinus Niphus.
Albumasar.
Alchabitius.
Andreas cisalpinus.
Alexander Aphrodiseus.
Alexander picoliminus.
Amianus Marcellinus,
Alexius venegas,

B.

Beda.

C.

Circero.
Cardanus.
Christoforus Caluetus Stella.

Doctor

D.

Doctor Brauus.
Diogenes Laertius.
Dorotheus.
Diuus Hieronymus.
Diuus Thomas.

E.

Egesipus.
Eutropius.

F.

Franciscus vallesius Archiatrus regius complutensis Doctor.
Franciscus Villalupus medicus.
Fernelius.

G.

Guido Bonatus.
Georgius Trapezientius.

H.

Haly Abenragel.
Haly Rodoan.
Hiparcus.
Hermes.
Horatius.
Hephæstion Thebanus.

I.

Iosephus.

Inter

Interpres Ptolomæi Grecus sine nomine.
Iacobus Milichius.
Iulius obsequens.

L.

Leupoldus.
Lucanus.
Lucretius.

M.

Messahala.

N.

Niceta.

O.

Ouidius.
Olaus magnus Gottus.

P.

Paulus Venetus.
Pontanus.
Philoponus.
Procopius.
Plutarchus.
Paulus Diaconus.
Ptolomæus.
Purbachius.
Plinius.

S.

Stadius.
Strabo.

Sene

DE NOMINIBVS COMETARUM, Forma seu figura.

Cap. I.

COmeta aut cometes. is. vtibi apud Lucanū, Etterris mutātē regna cometen à græca voce descēdit κομη, quę est coma, inde κομητησ comatus & crinitus, hinc stellas crinitas, quæ in cælo apparent, radios quasi crines, aut comam iaculantes, cometas vocamus: quasi comatas, qui philosophis & Astrologis his nominibus vniuersalibus vocantur: sidus, stella crinita, stella, cometa. Antiquorū opiniones de cometis hic recensere, animus non est. Cum nanq; priscis illis temporibus cometarum consideratio non esset satis explorata, admodum à vero tramite aberrabant, veritatemq; suis dogmatis obscurarunt: quæ Auerroys scribit ac confutat: post Aristotelem.

Luca. lib. 1. Ph.

Auerrois li. 1. c. 2. Meteor.

Arist. li. 1. ca. 6. Meteo.

Leupold⁹ tractatu.5. Cometa est exhalatio seu concretio quædam calida & sicca cum humido mista in regione aeris incensa apparens. à Leupoldo ducatus Austriæ filio Astronomo antiquo sic definitur. Cometa est vapor terre⁹ habēs partes grossas fortiter coniacentes, ascendētes ad superiorē partē æstus. Idē scribit vlterius esse regnorum & aliarum magnarum rerū alterationes in hoc mūdo.

Augusti. in Aristotelis Metero. Augustinus Niphus sic tradit. Est quędā exhalatio siue quoddā hypeccauma, hoc est fomes, pabulum & succensa materia continuo ascendens ad locū primę exhalationis, ità quod posit durare aliquo tempore.

Plutarch⁹ li.3.c.2. De placitis philosophorum. Epigenes apud Plutarchum Crinitam esse ait, spiritum terreni quid habentē, qui in sublime fertur, ibiq; ignescit. Nomenclaturis varijs singuli tam apud Astrologos, quam apud Philosophos dicuntur: vt est exhalationis seu concretionis forma: nam quidā speciem ac cornu formam habent, alij longi, alij rotundi.

Arist. li. 1. c.7. Mete. Quocirca Aristoteles docuit, stellam crinitam vocari, siue cometam, quancunq; figuram sumpsisset. Ait enim, Tum id sidus crinitū fit, quancunq; figuram surrecta exhalatio contraxerit. Et sic propositu ac materiæ figura

gura nominantur: aut flamma accēsa, aut faces, quas etiā torres & trabes vocitamus, capra, stella discurēs, de quibus Aristoteles. Illud consideratione dignū, cometam vnū varias formas sumere: Zonaras nanq; narrat, stellam crinitā visam quę varias formas exprimebat, quarū vna fuisse fertur, etiā hominis sine capite. Quod ob materię variā figurā accidebat. Guido verò Bonatus ex Ptolomæi mente nouem cometarū nomina posuit, quę sunt. Veru, Cœnaculū, Pertica, Miles, Dñs Asconæ, id est iaculi: hic cometa Aconcia à Plinio vocatur, Matutina siue aurora, Argentum, Rosea, Nigra. Aristoteles duobus nominibus cometas appellat: Crinitas, quæ comas in vertice habēt. Pogonias, quæ in barbæ longę speciē radios promittit à quo Plinius mutuatus dixit, cometas Gręci vocant, nostri crinitas, horrentes crine sanguineo, & comarum modo in vertice hispidas, ijdē Pogonias, quibus inferiore ex parte in speciem barbæ longe promittitur iuba Quorū vndecim nominat, Acōtra in modū iaculi videt. Xiphia est breuis magis q̃ Acōtia, & in mucronē fastigiatur, vt gladius & sic nitet ac splendet, est pallidissima, & sine

Arist. li. 1. cap. 4. Meteoro.

Zona. Tomus. 3. in vita Imperatoris Michaelis Ragabis.

Giudo. Bonatus. par. 4 cap. 105.

Pli. li. 2. ca. 25.

radijs: ξίφος, του, ὁ ensis est, huius cometis meminit Higinus loquẽs de Electra vna ex septẽ Pleiadibus seu Virgilijs, quam apparere negant. Sic inquiens, Mærens crinem solutum gerit quę cometes appellatur, siue Lõgodes, quia in longitudine producitur, ea autem stella luctum portẽdit. Hæc Higinus. Ea etiam tempore imperatoris Mauricij, cũ magna bella inter Persas essent apparuit, teste Zonara, ait n. Eo quoq; tempore cometa apparuit, qui abẽsis facie xiphias dicitur. Discus suo nomini est similis, nam vt globus apparet, δίσκος. est lapis rotundus, quem oblectamẽti gratia per aerem ia cimus: Radios emittit, verum raros electro similes. Alij in hoc Pliniano loco chryseus legant, id est aureus ab auri colore. Pithetes, dolij similitudinem refert. ideo Plinius dixit, Doliorũ cernitur figura in cõcauo fumidæ lucis πίθος. dolium est: figuræ huius cometę memor fuit. Ptolomęus, quales sunt (inquit) Trabes, Tubę, Dolia ac huiusmodi. Ceratias cornu speciem habet κέρας, cornu est. Lãpas ardẽtem facẽ imitatur. Hippeus, equinas iubas repræsentat ἵππος, equus cãdidus cometes, hũc argenteum alij vocãt, ar-

Higin. lib. Fab. c. 192.

Zona. Tomo. 3. Annalium.

Ptolomæ[9] lib. 2. ca. 9. De judicijs.

argenteum crinē ita fulgētem habet, vt vix eum contueri liceat, in seq; hominis effigiē ostendit, vt in Luna cum plena est, conspicitur. Hircus, quam Capram alij dicunt visitur, iubis circundatus specie villorū. Tuba, quæ tubæ effigiem habet, & in hastam mutatam fuisse, prodit Plinus. Typhon ignea pecie splendet, spinam tortam exprimens. Tibia, quæ vt fistula, qua modulamur, est.

De causa ac materia.

Cap. II.

CAElum esse causam efficiētem omniū impressionum apparentium, preterquam quod ratio ac experientia id docet, locupletissimus testis est Aristo. qui ità edixit, Est autem necessario mundus iste super nis lationibus fere cōtinuus, vt inde vis eius vniuersa regatur. Item idem hęc suis scriptis tradidit. Accedente nanq; sole generationem fieri, & recedēte corruptionem, & in tempore æquali vtrunq; videmus. Diuus Thomas quoq; id testatur dicens. A corporibus Cęlestibus imprimitur in corpore hu mano

Aristo. li. 1. ca. 2. Meteo.

Arist. lib. 2 c. 10. de Genera.

Diuus. Th. li. 3. c. 92. cōtra gētiles.

manō aliquid cui⁹ munere diſponitur, ad eligendum ſæpe quod melius eſt, etiam ſi finē rationemq; ignoremus. Quare Meſſahala hoc modo ſcripſit, ſimile eſt ergo opus planetarū in hoc mundo lapidi magnetis & ferro, quia ſicut attrahitur ab hoc lapide ferrū per notam longitudinem, ità omnes creaturæ & vniuerſa, quæ ſunt ſuper terram, afficiuntur à motu planetarum. Propterea optimé docuit Ptolomæus, ſolem & aerem in terris omnibus operari: & lunam: quoniam terris proxima manifeſtè in terrena influere, ac cum ea conſentire, tam animata quam inanimata, ſecundum lunarem ſplendorem fluuios nunc augeſcere nunc decreſcere: maria impetu diuerſo vt luna oritur, ac occidit, ferri: omnia germina ac animantia aut omnino, aut aliqua ex parte incrementa & decrementa ſentire. Stellarum etiam decurſus teſte eodem, plurimum in aere ſignificant, vel æſtus vel ventorum, quibus terrena afficiuntur, & multa alia quæ Ptolomæus loco citato docet Ambiens enim hic aer & circunfuſus, quem cometæ vel ſidera ſuo influxu infecerunt, corpora

Meſſahala lib. de rebus eclipſium. Ci.

Ptolomæ⁹ lib. 1. ca. 2. Iudi.

ra immutat, respiratione nimirum in os, nares, cerebrum, asperam arteriam, pulmonem, cor hominis præcipuas partes irrepit, & subintrat: indeq; per totum corpus diffunditur, atque spargitur: quam substantiam aut qualitatem induerit, susceperitque in spiritum & humores & substantiam partium spuit, ac immittit, eisque afficit cumque ad intima quæque penetret, vt inquit Hippocrates, tabe, vel optima temperatura sua non tantum homines, vt diserte Fernelius docet, sed inanima etiam & quæ solidissima sunt, vt ligna, lapides, & metalla immutat. Morbos tandem aer offusus parat, ac instruit: vitiata nanque & corrupta, atque contagione & inquinamento aliquo aeris sustantia gignendis morbis magnam vim nanciscitur ac obtinet. Hinc pestilentia rabieque homines & canes maxime polluit & labefactat, Nam vt Doctor Brauus erudite tradit ab externo feruore in rabiem canes agitantur, ac incitantur aere videlicet biliosa temperatura infecto. Cum ergo aer meabilis per cuncta sit, subtili lenitate locum ambientem celerri-

Ferne. lib. 1. ca. 13. De humorum causis.

Doctor Brauus. li. de Hidrophobia.

Ferne. lib. 2. c. 4. Phisiologię.

Arist. lib. 1. ca. 4. Meteo.

me, vt literis madauit Fernelius, implet. Quatuor tamen elementa, omnium quę sub hoc mundo lunari oriuntur, & occidunt, materia sunt. Nam cum terra vt ait Aristoteles, vi solis incalescit, duplicem exhalationem fieri necesse est, alteram calidam & humidam, alteram calidam & siccam: vnde exhalationum materia sunt terra & aqua: quę mistorum in sunt causę, vt probat Andreas Cęsalpinus.

And. lib. 4. Quęstione 30.

Aristo. lib. 1. ca. 3. Mete.

Nam ex hoc inferiore loco, hoc est à terra, teste Aristotele, halitus ac fumi calidi, & humidi ascendunt, & humor vocatur, si autem calidi & sicci, exhalatio proprio ac peculiari vocabulo dicitur. Hinc

Timon. li. 1. Meteoro. Quæstione. 10.

Timō asseuerat, causam materialem cometarū exhalationē calidā & aliquātulum viscosam esse. Ex hac igitur materia flāmę succēsæ, faces, caprę, transcurrentes stellę oriūtur harū quatuor ignitarū impresionū meminit tantū Aristoteles, ad quas cæterę reducūtur.

Arist. li. 1. cap. 4. Meteoro.

Quarū omnium ignitarum impresionū vnicam causam esse Aristoteles testatur, differunt tamen τῶμᾶλλορ κᾶι ἧτορ, vt ipse scribit idest intēsione & remissione. Vnde non mirandum est si cometę vel maximi colluceāt nam solis magnitudinem referens quidam

dam

dam cometa visus est, post mortem Demetrij Syriæ regis: & paulo ante Achaicũ bellum, primo igneus ac rubicundus clarumq; lumen emittens, ita vt noctem vinceret: posteâ paulatim diminutus est: ac tandem euanuit. cuius portenti testis est Seneca. Ne sit mirum cometam tantæ magninitudinis conspici, Zonaras suis monumentis mandauit cometam visum lunæ magnitudine. Ille cometa magis est mirandus cuius meminit Niceta tradens: diebus imperatoris Alexij Cumeni cometã in cœlo conspectũ fuisse, si nuosam serpentẽ repręsentantẽ qui nũc porrigebat, nũc in spiras se colligebat, nũc cum horrore intuẽtium, quasi inferiores ex alto deuoraturus esset, humani sanguinis auidus vastum rictum aperiebat: qui grauissimas clades, quæ consecutæ sunt, portendit. Seneca ait, se flammam ingentis pilæ specie non semel vidisse, quæ in ipso cursu suo dissipata est. Id circa augusti, & Seiani ac Germanici mortem euenit. Quod etiam Salmanticæ visum à multis est nostro hoc cometa adhuc durante. Sed tamẽ potest quis obijcere, cũ aqua sit frigida & humida, quomodo inde exhalationes calidæ prodeunt? Quibus

Sene. li. 7. c. 1. nat. quę

Zona. Tomo. 3. inuita Costantini Duce imperatoris.

Nicen. in Annalibus imperio Alexi Cumeni.

Sene. lib. 1. ca. 1. natu. Questi.

bus ſic poteſt ſatis fieri. teſte Ariſtotele omne agens id intendit, pro viriliq; conatur, ſummaq; ope nititur, in ſuam naturam patiens conuertere, ac transmutare; & ſuis qualitatibus induere: ac cum vi ſolis a terra exhalationes attrahantur, eas in calidum conuertit, humido ac ſicco manente. Ex quibus patet Anaxagoram, Democritum & omnes Pytagoreos à veritatis ſcopo valde aberraſſe, cum aſſeuerarent, cometas ſtellas eſſe in cœlo ex planetis, quos ſapienter Ariſtoteles confutat. Quando igitur huiuſmodi halitus à terra in ſuperum locum aſcendunt, & vſq; ad ſupremam regionē aeris, primamq; ignis deueniunt, materiam denſam ac veluti concretam ad ignem temperatum concipiendum, aptam ſecumferunt: quæ cum accenditur cometa fit. Id ſenſit Seneca cum dixit, quæ ſidera crediderunt ex duro concreta, & ignem alienum patientia. Aliter enim niſi aliquid ponderoſum atq; corporale eſſet, & niſi aliquid haberet, quo flamma niteretur, diffugeret. Vnde intelligimus, cometæ materiam non eſſe calidam & ſiccam exhalationem duntaxat, ſed humidam quoq; immiſtam. Oportet autem ignem temperatum

Ariſt. li. 1. c. 6. Meteoro.

tum esse, vt diutius in materia duret, quemadmodũ optimè Aristoteles tenet. Si enim vehemens est, cito materiam absumit, si modicus ac debilis, extinguitur. Ex quibus omnibus infertur, cometam exhalationem igneam esse: propterea quando apparent, flatus, siccitates, & calores futuros ostendunt. Quoniam exhalatio calida & sicca adeò tũc abundat, vt aer aridissimus efficiatur: & humidum quod tunc sursum fertur, exhalatione calida ac feruida sic discutitur, ac dissoluitur, vt nō in aquam, aut in nubem cogi valeat, inde in flatum dispergitur, vnde ariditas & calor emergit. Quę cęli constitutio apparuit, quando in Achaia maris ingens ęstus ille fuit factus: Et in Corintho Nicomacho regnante cum cometa quidam splenduisset, ingens ventus debacchatus est, vt Aristoteles loco citato scribit. Aristo. lib. 1. ca. 7. Meteo.

De

Liber

Decometarum & aliarũ impresſionum differentia à tem pore quo apparent.

Cap. III.

Formæ ignium, quæ in aere viſuntur, multiplices ſunt ac variæ, ac maxime interſe differũt poſitu. Quæ differentia, vt Ariſtoteles docet, pro materiæ ſitu & copia, quę incenſioni eſt apta, exiſtit. Cui eius eruditiſsimus interpres Auerrois aſſentitur inquiens, cauſam diuerſitatis iſtarum propter figuram vaporis. Ex cometarum materia ſunt, illæ ignitæ impreſsiones, nempe, Capræ, Faces, quæ & lãpades, & torres etiam dicuntur. Nam ſi æqualiter in longum ac latum diſtenditur exhalatio, flamma vocatur: Si in longũ porrigitur reliquæ ſpecies fiunt, nimirum Faces, Capræ, ſtellæ currentes. Faces accidunt, quãdo exhalatio illa ſeu materia magis longa, quam lata incenditur. Capra nominatur, cum materia longitudinem continuatam ſeruat, habet tamen ad latera flammulas ſeu appẽdices quaſdam inter-

Ariſt. li. 1. c. 4. Meteoro.
Auerro. li. 1. ca. 1. Meteoror

teruallis distinctas, quæ saltare ac excurrere videntur. Stellæ currentes, quasi scintillæ sunt excurrentes quæ quoniam sæpissime contingũt, omnibus notæ. Est enim exhalatio hęc sicca in longum porrecta, modicum latitudinis habẽs, quę ocyssime accẽditur, vt in paleis accẽsis inuenire intuemur. nisi velimus sentire, exhalationem esse rotundam & modicam, & nimia velocitate, qua agitatur, ac per aërem excurrit, longã videri; quemadmodum quando fauillã aut scintillã, aut carbonem incẽsum rotamus in gyrũ, apparet nobis quiddã rotundũ aut lõgum, aut alterius figuræ, vt fuerit manus agitantis carbonem aut fauillam. Trabes huius gregis ac naturæ sunt, cæterum à dictis differunt teste Seneca: quia non trãscurrunt, nec præteruolãt, vt faces: ingenti magnitudine apparent, vt ait Anaxagoras: quandam diu fulsisse. Calisthenes tradit, antequã Burim & Helicem vrbes Peloponesi in sinu Corinthiaco mare absconderet, Seneca ac Aristotele autoribus. De quarum significatione vide caput De transcurrentibus stellis. Sene. li. 7. ca. 1. natu. Quæsti.

Ab eadem causa etiam proueniunt, Hiatus Foueæ, Colores cruenti, quos in cœlo conspici- Arist. li. 1. c. 5. Mete.

Arist.lib.1. ca. 5. Meteo. spicimus,& non nisi nocte serena teste Aristotele, Aitnãque αἴτιον δὲ καὶ τούτων τὸ αὐτό. Hoc est,eadem autem causa horum. Has omnes igneas concretiones σημιστα με μα φασματα. Idest,cõformatas imagines, seu specta,aut visa appellat Aristot.loco citato. Hiatus quam χασμα nuncupat Aristoteles,patentissimus est,maxima altitudine ac profunditate constans: videtur tũc cœlum disrumpi ac apperiri. dum autem profunditas,quæ ibi videtur est pauca & obscura, Hiatus,& si magna, Vorago nuncupatur. Fouea vero,quæ βόθυνος dicitur græce, angustior est, minoremq; altitudinem ac profunditatem habens, quam Hiatus: videtur nãque cœlum dum ista phantasmata in aere apparent, cauo se hiatu scindere & apperire. Varios colores in cœlo inspici monet Plinius, præter Aristotelem: Punicei in primis ac purpurei. Fit, ait Plinius, & sanguinea specie, quo nihil terribilius mortalium timori est: incendium ad terram cadens inde. Intuẽdum hoc tamen est, hos colores non veros nec permanentes, sed apparentes esse eorũ nanque causa est lux & lumen tenebræ ac opaci-

Plini. li. 2. ca.27.

opacitas. Permistione nanque lucis & opaci teste eruditissimo Francisco Vallesio Archiatro regio eruditissimo, multi colores generantur, quæ inter se cum veris coloribus immistę varias species colorum producunt. vt in aqua ad solem spaisa, & incolumbarum, vel pauonum collis vsu venire videmus. Sicut in Iride Aristoteles fieri docet; quæ ex coloribus non veris constat: vt Olympiodorus contra Alexandrum Aphrodisæum sentit; teste Alexandro Picolomineo. Nam flauus ille color in album tendens ex reliquis duobus coloribus fit: nempe viridi iuxta puniceum posito. Etsi Picolomineus aliter sensit: cui Timon refragatur. Has tres apparitiones. Hiatus scilicet, Foueas, colores cruentos, Augustinus Niphus horridas nominat, quarum has causas refert: Ex parte materiæ, hæc tria sunt vapor, exhalatio, aer. Ex parte agentis, generales causæ sunt, duæ scilicet, calor solis, & stellarum, eleuans exhalationes & vapores: & frigiditas noctis siue mediæ regionis aeris; qua exhalationes

Francis. Val. li. 2. c. 23. Controuersiarum.

Aristo. lib. 3. ca. 4. Mete.

Picolomi. in tractatu. De Iride.

Timon. li. 1. Meteo. Quæst. 11.

Augusti. lib. 2. Enunciato. 1.

nes & vapores inspissãtur colores sanguinolentos generari docet, quoties lumen imminutum ac paruum diffunditur in aerem densum inter nostrum visum & cœlum interpositum, a quo reuerberatur, vt inde appareat sanguinolentus color. Illud enim axioma verum est, si exhalatio turbulenta transparentiam lucis exuperat, color niger videtur. E conuerso autem si lux exhalationem vincit, color albus fit. Dum verò hęc duo lux ac exhalatio sunt in ęquilibrio & ęqua lãce, ac æqualem habent potẽtiam, sanguinolentus color prodit. Qui colores cũ elucent, suas calamitates indicant. Nam Olimpiade 107. anno tertio in cœlo visi, & Philippus rex totam Græciam concussit,

Plin.lib.2. ca.27. Plinio tradente. Cometæ illud commune cum stellis fixis habent, aliqui, qui non mouentur motu proprio, habent ortus & occasus: quando videlicet circa solstitium, aut in Zona torrida videntur. Sunt & perpetuę apparitionis, cum apud axem Arcticum visuntur: vt hic noster cometa, qui anno. 1572. mẽse Nouembri visus est: à polo nanq; non nisi viginti quinq; ferè gradus distabat. Præterea aliqui cometæ, vt stellæ stantes, ignei, splen-

ſplendidiq; ſunt, ità vt ęgrè ac difficulter à cæteris niſi à peritis artis Aſtronomiæ, dignoſci poſsint: adeo obnixè eandem faciem ac formam ſeruant, vt hic noſter. Sic enim, vt cætera ſidera, immobilis fixuſq; manebat, ſemperq; ac diu cum ſtellis fixis Caſsiopeiæ conſtellationis quadrangulum cuſtodiuit. Huiuſmodi cometæ in hac re à cæteris fixis dignoſcentur. Nam cometæ magnitudo paulatim diſtringitur, atque imminuitur: ac tandē eius claritas euaneſcit, & oculis ſe ſubducit. Vt in hoc noſtro cometa fieri contingit. Eruditiſsimus Alexius Vanegas de tempore quo cometæ generētur, tractat, inquiens: in hyeme non gigni, quoniam frigore nimio & humiditate ſuffocantur. Autumnum tempus magis idoneū putat, quia ſolis calor adhuc viget, vt exhalare terram faciat, nec poteſt exhalationē in intinere nimio æſtu ſpargere, & mediæ regionis frigus non ita gelidum eſt, vt calori repugnare poſſit. Experientia tamen docet; in alijs quoq; anni temporibus hanc cœli conſtitutionem fieri. Octauius Vibianus Brixienſis enarrat, anno. 729. duos cometas Ianuarij menſe viſos. Item anno. 1352. menſe Decembri. Et

Alexi. Vanegas li. naturali. c. 33.

Libello de cometis quot fuerint.

C anno

anno.1472.cometa magnus menſe Ianuario. Anno.1512.menſibus Aprilis & Martij cometa ſanguineus viſus. Hoc nõ memini niſi ſemel legiſſe, in æſtate cometam effulſiſſe. Cauſam eſſe opinor, quia cum illo tempore ingens calor feruet, & antequam ad ſuperam regionem exhalatio deuenire valet, ipſam abſumit, ac cõterit. anno.1457. integro menſe Iunio viſus, tradente Octauio Vibiano lococitato.

De cometarum qualitate. Cap. IIII.

Qualitates, ex quibus omnia, quę ſub orbe lunę ſunt, conſtãt, quatuor eſſe, nemo eſt, qui ambigat: dum prima philoſophiæ rudimenta ac incunabula didicerit: calidum videlicet ſiccum, Frigidum, Humidum. Terra ſolis ardore calefacta duplicem fumum & halitum emittere, ſtillare ac ſudare capite ſecundo diximus. Primus calidus ac humidus eſt, quem Ariſtoteles vaporem appellat, alter calidus & ſiccus, quem exhalationem. Cometæ igitur his qualitatibus componun

tur

tur his suffragatur Seneca. Qui duabus viribus incendũtur igne, quem eundo & agitando cõcipiunt, ac regione aeris calida existente. Hæ duæ causę sunt, quibus inflammãtur: nisi placuerit aliam addere, calorem solis, ac sideris alicuius, cui accedit illud Senecæ Dogma testans ex collisione & radijs solis hæc alimenta ignium ardere. Quoniam motus est caloris causa. Inde euenit, vt in aere multam flammam concipiunt. Idcirco Lucretius sic cecinit. Vt omnia motu percalefacta videmus ardescere, plumbea verò glãs etiam longo cursu voluenda liquescit, & idẽ vlterius. Non alia longe ratione, ac plumbea sepe Feruida fit glans in cursu cũ multa rigoris Corpora dimittẽs ignem concepit in auras. Quod Aristoteles sensit inquens. ὥστε-κάιταφερόμενατηκόμεναφαίνεσθαιπολλάκις Id est, vt ea quæ feruntur, liquari sæpe conspicimus. Hinc Iacobus Milichius optimè sensit, materiã cometæ esse fumos id est viscosos & lentos halitus comistos, qui tandem & motu, & siderum radijs incendũtur. Hæc cometarum qualitas calida & sicca halitu hoc lento ac viscoso inuoluta apparet, atque conspicitur raro in via solis, quia vis solis

Seneca li. c. 6. natura Quæst.

Sene. li. 1. ca. 1. Natu. Quæst.

Lucre. li. 6.

Iacobus Milichi, in commẽtarijs Plinij. li. 2. cap 25.

 lis

lis eam cõſumit ſæpe ad arctum & iuxta viã Lacteam ſeu Galaxiam, vt hic, quem noſtro ſeculo vidimus anno . 1572 . & . 3. Conſtant etiam cometæ raritate, denſitate, colore, vt Timon docuit. Fumus igitur ille, qui exhalatio vocatur, qui leuiſsimus eſt, ſi vſq; ad vltimam regionem aeris, prope primam ignis, cum viſcoſo, humore & terreno inuolutus feratur, cometa efficitur. Aut non vſq; ad vltimam aeris regionem peruenit, ſed in eius principio conſtitit, vt Capræ ſaltantes, & huiuſmodi. Si in media aeris regione ſtat, & in nubem includitur, in coruſcationes, tonitrua & fulmina erumpit: ſi nube nõ circundatur, & mouetur à frigido regionis mediæ expellente calidam exhalationem, venti inde prodeunt Plinio ſic ſentiente: ſi autem non mouetur, ſed ibi immota manet, Hiatus & vorago fit: de quibus Plinius, quæ vi Siderum fieri exiſtimat. Quando exhalatio intra terræ viſcera latitat, & calore ſolis vel ſiderum in fluxu mouetur ad exitum erumpit & terræ motus fiunt. Quorum omnium ventos cauſam eſſe non dubitauit Plinius. Si quod ſurſum euehitur, vapor eſt, qui ex aqua & humidis corporibus

Timon. li. 1. Meteor. Queſtio. 10.

Pli. li. 2. ca. 50.

Plin. li. citato. c. 51. & . 52.

Plini. loco citato.

ribus fit, & est fumus subtilis, humiditate aquea, vnde generatur, & caliditate propter solis calorem à quo eleuatur, si ad mediam aeris regionem peruenerit, eius frigore in aquam transformatur, & efficitur pluuia. Si frigiditas immensa ibi inest, condensatur in grandinem: si non frigus adeo ingens vigeat, nix effluit: si ad primam duntaxat aeris regionem deuenerit, in ros mutatur, si multa frigiditas non est, & vapor est multus, caligo & nebula fiunt: cum super terram eleuatur, & modice condensatur, nubes apparent, & in hoc vapore Iris & Halones imprimuntur. Si in terrę visceribus manet, in aquam cõuertitur: vnde riui & fontes prosiliunt. Vnde hoc verissimum esse concludimus, omnium impressionum quæ in sublimi fiunt, vaporem & exhalationem materiam esse.

Hac de re lectorem monendum censeo, ne in aliquem lapsum & errorem incautus deueniat, cometarũ igné diuersum esse, ac longe distare, à stellarũ calore. Calor enim, vt sapienter & eruditè à præstantissimo & eruditissimo Archiatro regio Francisco Vallesio traditum est, duplex inuenitur, Elementarij & cœlestis. Ille luce & calore constat

Fran. Valles. li. Controuersiarum.

qualitatesq; recipit calidas & siccas: hic au-autem sine calore, frigore, humore ac siccitate, purus, simplex cælestium corporum materia est. Indeq; ab antiquis huiusmodi corpora dicta, æternus ignis: quāquam hos Aristoteles impugnat, obijciens, si ignea sunt peregrinarum impressionum seu alterationum esse capacia. Cometæ igitur hoc nostro igne elementari constant. Sidera verò igne illo cęlesti, qui neq; adurit neq; qualitate aliqua miscetur. Quanuis astrologi asseuerent, Errones seu Planetas, reliquasque stellas, qualitatibus illis esse calido, sicco, frigido, humido. quoniam ista in hoc orbe operantur.

De motu & loco in quo fiunt. Cap. V.

EX prædictis satis dilucidum ac perspicuū est, cometas alios moueri, alios autem immobiles perseuerare. Hic autem cometa, qui nostra tempestate splenduit, eundem locum ac situm seruat, vt dictum est. Qui mouētur duplici motu agitari contingit: motu primæ latio-

lationis seu mobilis, intra viginti quatuor horarum spaciū abortu ad occasum cò redeūt vnde exierunt, vt cæteris omnibus sideribus euenit. Quod credi facilè potest, si sciamus orbium motus, regionem totā ignis ac aeris vltimam sua latione moueri, ac agitari. Quo motu alij cometæ velocius, si in suprema regione aeris, & prima ignis fuerint, im pelluntur: si in inferiori, tardius, quoniam motus orbium Iam debilior pigrior ac tardior, in inferiore parte aëris propter interuallum est, & quod æqua celeritate locus ignis ac cœlum ipsum mouetur. Hic cometa, de quo nobis in præsentia est sermo, obnixè ac ad amussim cętcrorum Siderum mo tum primi mobilis seruat. Hoc autem præse tulit Aristotes illis verbis cum dixit, Aristo. li. 1. c. 7. Meteoro.
τοιάυτην φορὰ τοῦ κόσμου, τῦ περὶ τῆς γῆς. idest, vt ad verbū trāsferamus, Talis est motio mūdi, qui circa terrā est innuēs, mūdum hunc inferiorem vt ignem ac aerem, latione superiori ferri, ac moueri. Quod autem in inferiori aeris regione cometæ gignantur, experiētia id docet. Cometa nanq; ille magnus, qui terręmotum ac Achaiæ inundationem, dum Elicen & Burim sinus Corinthia-

cus abſtulit, anteceſsit, cœli vltimi motum minimè ſeruauit. Nam à Capricorno, vel Aquario, vbi ſol tunc cõmorabatur, quatuor dierum ſpatio ad Orionis Zonam peruenit: qui inter Taurum & Geminos collocatur. Quod nulla ratione euenire poterat, ſi in ſupera aeris regione, igni contermina fuiſſet: quæ etiam, vt ignis regio cœli primi motu rotatur: & ſic conſtat in aeris regione infima fuiſſe. Quod multis rationibus perſpicuè Philoponus oſtendit. Ratio autẽ quare pars ſuperior aeris velocius moueatur, inferior autem tardius, in promptu eſt. Illa enim pars ſuperior rarior eſt, ideoq; mobilior: & propterea cœli motum ſequitur: hæc autem denſior, & idcirco tardior. Inde accidit, vt relinquatur, atq; à cœli velocitate recedat. Poteſt quis obijcere, Continuorum idem eſt motus, ignis aeri continuatur, ergo idem motus. Id in ſolidis intelligẽdum, quorum propriè motus vnus eſt, Aqua, Aer, Flamma, Exhalatio ſolida nõ ſunt ſed fluxa. Qui motu proprio feruntur, nunc ad ortum, nunc ad Auſtrum, nunc ad Boream conuertuntur, ac incenduntur: extra tropicos potius quam infrà, quoniam ibi, vt ait Ari-

Ariſt. li. 1. c. 7. Mete.

Ariſtoteles, vis ſolis ac ſiderum non ſolum calorem excernit, ſed id, quod concretum eſt, diſsipat. Motum proprium hîc vocamus motum illum diuerſum à primo iam dicto. Quod autem cometæ ſic ferantur, experientia docet, nam ille, qui ſex menſibus expectandum ſe præbuit in Neronis principatu, vt refert Seneca, à Septentrione in verticem ſurgens orientem petijt: alter vero, qui Claudij imperatoris temporibus fulſit, à Septentrione in occaſum tetendit, inde ad meridiē flexit, & ibi ſe ſubduxit oculis. Ego profectò hunc motum negabo: quin potius conteſtor, cometam ſemper immotum manere, quod hac facillima & conuincenti ratione comprobabo. Aſſeueroq; cometam minime loco moueri, ſed flāmam ignis pabulum ac fomentum ſequi, ea parte ad quam moueri cometa videtur illô ſerpit, quoniam illam partem verſus materiam flammā inuenit. Veluti ſi ignem in agros aridos induxerit eo ducetur, quo fomitem ac paſtum repererit. Diuus autem Thomas motum de quo hactenus egimus, cometis nō concedit. Ait enim, exhalatio igitur ignita exiſtens, in ſuperiore parte aeris circunuoluitur, ſolū cum aere

Seneca. li. 7. capit. 21. Natura: Quæſt.

Diuus Th. ſuper Ariſto. Meteoro.

& igne. Sed quia motus horũ corporum est tardior motu firmamenti, ideo cometa existens in aere remanet post corpora cœlestia, quæ velocissimè mouentur. Et sic videtur habere motum contrarium firmamẽto. Sed cum cometæ ab ortu in Austrũ & à septentrione in ortum moueãtur eos motu suo ferri, fateri necesse est. Atq; ab vento motum illum effici, ego non dubito.

De cometarum, effectu. Cap. VI.

MVltorum annorum seculis obseruatum reperimus, Historieq; clamant, cometarum aduẽtu ac præsentia clades, excidium, potentatum mutationes, multasq; alias calamitates & ærumnas orbi denunciari. Quo circa mortalibus quando contingunt, maximæ admirationi sunt: cum non semper malum, sed bonum etiam portendat. Aristoteles testatur, cometa splendente annum siccum ac flatuosum reddi, quod historijs probat. Causam ac rationem Diuus Thomas ostendit. Ma-

Aristo. lib. 1. ca. 7. Mete.
Th. super. Arist. in li. 1. ca. 7. Meteo.

Manifeſtum eſt enim(ait) quod venti & ſiccitates fiunt propter hoc quod multa exhalatio ſicca eſt ſegregata à terra inde neceſſe eſt, aerem eſſe ſicciorem & humiditas, quæ euaporat ab aquis, rarefit, & diſſolui poteſt, propter multitudinẽ calidę exhalationis, ita quod non de facili vapores in aqua condenſentur: ſed magis generẽtur venti, qui cauſantur ex exhalationibus ſiccis. Hoc Diuus Tho. Hinc Pontanus dixit, Ventorum quoque certa dabunt tibi ſigna cometæ. Vehemẽs nanq; ac ingens halitus calidus & ſiccus cum aerem occupet, & humorem humidum, qui ex aquis exhalatur, diſſoluat, ventos proſilire ac ſiccitates euenire, neceſsum eſt. Flatus autem adeo vehementiores mouere cometam, affirmat Ariſtoteles, vt lapides ingentis magnitudinis in altum ferantur. Vt ille qui ex aere in AEgos flumen Cherſoneſsi decidiſſe, ſcribit, cũ veſperi crinitum ſidus eſſet exortum. Huius lapidis caſum Anaxagoras, antequam caderet, cæleſtium literarum ſcientia præditus, vt narrat Plinius, prædixit. Beda refert, Saracenis Galliam vaſtantibus quatuordecim diebus duos cometas fulſiſſe, quos,

Ponta. in ſua Meteorologia.

Ariſt. loco citato.

Plini. li. 2. c. 58.

vt

vt Paulus AEmelius testatur, Caroli Martelli Francorum principis cũ Saracenis conflictus maximus secutus est, in quo trecenta septuaginta eorũ millia cecidere. Multi Romæ cometæ fulserunt, ante Iulij Cęsaris miserrimum interitum: bella ciuilia secuta fuerunt. Qua de re sic Virgilius, non aliâs cœlo ceciderũt plura sereno Fulgura, nec diri toties arsere cometæ. M. Manilius sic canit. Quin & bella canunt, ignes, subitosq; tumultus.

Manili. li. 1. in fine.

Et clandestinis surgentia fraudibus arma. Et & infra.

Ciuiles etiam motus cognataq; verba,
Significant, nec plura alia incendia mũdus
Sustinuit, quàm cũ ducibus iurata cruentis.
Arma Philippæos implerũt agmine cãpos.

Zonaras Tomo. 2. idẽ Tom. 3 in vita Anastasij.

Crinitas stellas sanguineo colore ante Augusti Cæsaris obitum fulsisse, testis est Zonaras. Idem ait, Cladem, quam Romani à Vulgaris in Illirico acceperunt stellam crinitam præsignificasse, Octauius Vibianus Brixiẽsis memorat, anno. 453. cometas in cœlo visos, quos ingens terrenotus secutus est, atq; bella acerrima. Athila nanq; rex Aquileiã post longam obsidionẽ cepit, & Veronam,

Octauius Vibianus. libello de cometis quot fuerint.

Terremotus Bella.

Mediolanum, atq; Ticinum, cum multa op pidanorũ cæde diripuit. Anno.504. totò mense cometa visus, postquam maxima siccitas præcessisset, deinde tanta locustarum agmina subsecuta fuerunt, vt quidquid in ar uis viride inuenerunt, cum depascerẽt, bien nio toti Italię ingens fames ingruit Anno 910. cometæ splenduerunt, quæ mortis Ludouici regis Gallorum & Roduphi regis, & Anastasij secundi pontificis, ac cædis Bucardi ducis nuncij fuerunt. Anno.914. noctibus.14. cometæ visi, animalium magna strages secuta: Vngari a Bocoarijs victi: terræmotus.22. mẽse Aprilis maximus factus est. anno.1006. ad meridiem cometa visus, Sergius quartus pontifex moritur: fames ac pestis per totum fere orbem grassatur. Anno.1017. cometes crinibus sanguineis & magnis visus, & ab hora prima vsq; ad tertiã duo soles, & Iris in medio cernebatur: terręmotu in Syria multa oppida corruerũt: & Bohemundus Antiochiæ princeps moritur.

Anno.1264. cometa magnitudinis inusitatæ ac insignis tres menses visus, & eadem ipsa nocte qua Vrbanus Pontifex summus obijt extin-

Siccitas, locustæ fames.

Mortes.

Mortalitas animalium.

Bellũ Terræmotus.

Mors & fames.

Terręmotꝰ & mors.

Mors & bellum.

extinctus Bondogobar Babyloniç sultanus in sequētis anni initio Syriæ Christianos debellat. Anno.1301. cometa omnibus spectātibus fulsit, atq; in sequētis anni principio Belgarū vulgus opifices & infimæ cōditionis homines à Frācis deficiunt, dominiq; prouinciæ facti Francorum regis copias superant, & crudeliter interficiunt

Regni mutatio.

Anno.1352. ad Boream Decembri mense cometa est conspectus, quo extincto, ventorum æstus subsecuti, & cælestis trabs priore ardente parte visa. Ludouicus Philippi Tarentini Principis filius contra Ludouicum Pannoniç regē Regnum Apuliæ obtinuit.

Regni mutatio.

Anno.1314. cometa tribus mensibus, & tres lunæ in cœlo apparuerūt. Henricus imperator obijt: magna dissensio inter electores secuta, alijs Lodouicum, alijs Federicum eligentibus: post annum octauum multis prælijs Ludouicus voti compos euasit: Clemens Pontifex moritur, sedesq; Romana annis duobus, mensibus tribus diebus decem & septem vacauit. Anno.1337. cometes quatuor menses, & antequam euanuisset, alter ortus qui mensibus duobus visus.

Mortes Bella.

Mors bellum.

Anno.1403. cometa lucente Galeatius Mediolā-

diolanensiū dux in Florentinos persuos ductores bellum mouit, apud Malignanum agri Mediolanensis oppidum moritur. Taburlanus incredibilis potentiæ imperator, vt pote qui in castris duodecies centena milia hominum ductaret, hoc anno moritur.

Anno. 1472. cometa magnus mense Ianuario visus, multi mortales obierunt, Christophorus Maurus Venetorū dux moritur. Per sæ in Asia ab Hazuncassano deuicti. annus subsequens glacie & niuibus insignis, adeò vt pruina vineas absumeret. Morbi. Mors bellum. Anno. 1457. integro mense Iunio in. 20. Pisciū gradu cometa visus: in quo varia prodigia nūciata: in Sabinis vitulū capitibus buobus ortū: Romæ apud Veneris portam, & in Liguria carnes pluisse. Venetijs nonulli ambitus dānati ad lacum Benacū haud procul a Salodio Mons magno hiatu dehiscit, Frācifcus Foscarus Venetorum Princeps, cum ob senectutem reipublicæ muneribus vacare non posset magistratu à senatu abdicatur.

Anno. 1487. cometa viso Robertus Sanseuerinus exercitus Veneti Imperator dum aduersus Sigismundum Bariariæ, & Albertum Austriæ principes copias ducit, mul-

tis

tis hinc inde cladibus illatis in Athesi flumine submersus, quinq; milibus ex suis absumptis ac desideratis. Heluetij agrum Mediolanensem vastant: Sadanensis antistes Principis Valesię aduersus Mediolanenses dimicans, à Mediolanensium principe multis ex suis amissis superatur atque fugatur.

Mortes bellum. Anno. 1506. aliquot dies cometa visus: Philippus Castellæ Princeps & Austriæ Archidux in Hispania extremũ diẽ Clausit. Maximilianus Romanorum rex comitem Palatinum debellat, & vincit. Bohemi Germaniam depopulant, & à Maximiliano reprimuntur.

Bella. Bella. Año. 1512. Martij ac Aprilis mensibus cometa sanguineus splenduit, Brixia a Gallis expugnatur, atq; diripitur, cum multa tum ciuium, tum militum occisione: illo Anno Galli cũ Hispanis ad Rauenã cõgrediuntur: & Rauena diripitur ecclesijs & cœnobijs deprædatis, cum magna ciuium strage.

Bella. Anno. 1514. Veneti duce Bartholomæo Luuiano, dum Ferdinandi Hispaniarum regis, ac Maximiliani copias, quas Raimundus Prorex Neapolitanus, ac Prosper columna regebat, ad summam annonę inopiam redigisset

giſſet, in fugamq; compuliſſet, ad quartum lapidem ſupra Vincentiam dum incompoſito agmine eos aggrediuntur, ſuſi fugatiq; ſunt, omnibus fere ducibus in eo prælio deſideratis, cometa hoc anno fulgente.

Anno. 1521. Inſubriæ principatum Galli occupabāt, Rhegium & Parmā cū inuaderēt, à Proſpero Columna Cæſaris exercitus duce delētur, atq; fugantur. Franciſco Maria Sfortia in Mediolanēſis principatus gubernatio ne reſtituto. Ideo Decimus Pontifex Maximus ad Villam Mallianā in febrim incidēs calendis Decembris Romæ poſtmodum moritur non ſine cometæ ſplendore. Bella. Mors.

Anno. 1553. cometa maximus ad ſeptentrionem viſus, imperator inuictiſsimus ac potentiſsimus Carolus quintus Bruxellis in Gallia Belgica ægrotauit, cum Henrico ſecundo Galliarum rege dimicat: Imperatorius exercitus Teruanā ac Hedinum fortiſsima Gallorum præſidia, expugnat, & ibi filius maximus comitis ſtabilis Galliæ & Nauarrę Mariſcalus, captus, dux Horatius Ferneſius cum multis patricijs interfecti. Plin⁹ ſuis ſcriptis tradidit, quotieſcunq; cometæ cum ſtellis fixis triāgulum aut quadrangulum fecerint Bella, Mortes. Plin. lib. 2 ca. 25.

Pontanus in meteorologia. ingenijs & eruditione portendere. Hæc autem nostra crinita quadrangulum cum stellis fixis constellationis Casiopeię facit. Pontanus quos effectus cometa habeat, sic lusit.

Illi etiam belli motus feraq; arma minantur,
Magnorum & clades populorum & funera regũ.

Eutro. li. 10 in vita Impera. Constantini. Eutropius de Costantini morte loquẽs scribit, Denunciata mors eius etiam per stellam crinitã, quæ inusitatæ magnitudinis aliquandiu fulsit. Paulus Diaconus prodidit, Mense Nouẽbri ac Decembri cometã apparuisse, postquam hoc secutum fuit, Heraclianum, qui Africã regebat contra Imperatorem Phocam rebellasse, Imperatoremq; & regno & vita priuasse.

Paulus. li. 18. in vita impe. Phocæ. Id tandẽ obseruatũ ab Historicis Philosophis, ac Astrologis est, nunquam cœlo spectatum impune cometã.

Ptolome. li. 2. c. 9. Iudiciorum. Cuius documenti ratio est, vt mihi videtur, eaq; a Ptolomęo scribitur. Quoniã effectio harum est Martiæ ac Mercurialis proprietatis, & inde bella, ęstus, & turbulentias notãt, & ea quę ista sequi consueuerũt. Solet quoq; videri cometa quidã, qui xiphias nomine dicitur, de quo. c. 1. egimus. Illud obseruatum in antiquorũ annalibus habeo, nunquã sine magna hominum clade hũc apparuisse.

Proco. li. 2 bel. Persici. Procopius

copius sic monet, Insuper cometes eo tẽpore diebus plurimis apparuit, prima quidem parte viri magnitudine in occidentem versa, posteriore autem longe maior in occidentem spectans solem in Craprícorno existentem, ipse in Sagitario sequebatur, xiphiã vocant, quod longe in acutum tendat. Posteà subdit, in gẽtes igitur tunc Hunnorum exercitus Histrũ transmittentes in omnem Europam inuaserũt. Deinde addit, centum viginti millibus hominum captis domum reuerterunt, nullo penitus eis resistente. Ex quibus omnibus Historijs ac multis alijs, quas silentio ne tædiosum sit, eas recensere, prætereo, constat, cometas in ijs inferioribus locis aliquos effectus operari. Quod etiam ex præstantissimorum testimonijs satis perspicuum ac palam est, Cicerone asseuerãte, Tum facibus visis cęlestibus, tum stellis ijs, quas Græci cometas, nostri crinitas vocant, quæ nuper bello magnarum fuerunn calamitatum prænuntiæ. Tibullus etiam occinit. Belli mala signa cometes. Iosephus cometas Edicta dei vocat. Postea autem in fine capitis, addit, Hæc si quis reputet, inueniet. DEVM, quidem hominibus consulere, modis-

Cicero. li. 2. de Diuina.

Tibul. li. 2. Egloga. 6.

Iose. lib. 7. c. 12. bel Iuda.

modisq; omnibus præmonstrare, quæ sint eorum generi salutaria, ipsos autem ob dementiã suam malis volũtarijs interire. Ptolomęus sic testatur: Obseruandæ crinitæ seu in deliquijs, siue in alio quolibet tẽpore fulserint, in considerationibus vniuersalibus, quales sunt, quæ dicũtur Trabes, Tubę, Dolia ac huiusmodi. Ex Hermetis Philosophi scriptis scimus, cometas effectus aliquot habere, si enim, inquit, in ascẽdente natiuitatis, vel in signo profectionis, vel in ascendente reuolutionis, vel in ipsis terminis diuisionis, cometa apparuerit, illi cuius natiuitas fuerit, afflictiones in pręlijs, ægrotationes, labores, tristitias, denotat, ac præsagit. Hoc est aduertendum, in Eclypsis tempore cometas apparere, qui suos habent effectus, quos etiam Astrologi seruant. Ex quibus liquet hunc ignem non casu nec temere in cœlo, splendere.

Pto. lib. 2. Iudicio.

Hermes li. 2. ca. 3. De reuolutione natiuitatum.

Cometarum effectus homines non cogere: lapidesq; è cœlo casuros, nunciare. Cap. VII.

Illud

ILlud admonitione minimè indigere existimo, neq; cometas, neq; astrorū influxus, tantarum esse virium, tantæ potentiæ, tantiq; effectus, vt hominem cogant, neque transuersum agant, neque impellant, quod non licet, facere. Deus nanque maximus, optimus, reliquit hominē, & posuit eum in manu consilij sui, vt sacris monumentis traditum est. Quamuis enim cometæ ad biliosam naturam hominis temperaturā, ac humores ipsos adducere atq, inuertere nitantur, eumq; ad iram pronū ac aptū reddant, non tamen trahere, ac præcipitem in suum malū ingenium ferre poterūt. Homo cū se biliosum, iratum ac sic affectū sentiat, potest seipsum cohibere, frænisq; ac suæ rationis repagulis & catenis astrictū tenere, ne exardescat, ne stomachetur, ne inde in rixas contentiones, dissidia, seditiones deueniat. Vniuersi nanq; influxus homines inuitant, alliciunt, lactant, nō tamen cogūt. Inde Diuus Hieronymus. Nec ad virtutes, nec ad vicia necessitate trahimur, alioquin, vbi necessitas est, nec damnatio neq; corona est. Ea fuit nostri optimi maximiq; Saluatoris summa sapientia, summ

Ecclesiastes. c. 15.

Diuus Hieron. ad Iouinianum.

mum opificium, ſicque cœli enarrant gloriam D E I, & operam manuum eius annunciat firmamentum. Ille ſcrupulus aliquem exercere, ac male habere poteſt, vtrum cometæ ſignificatores ſint ac nuncij, lapides eſſe è cælo caſuros. Cui dubitationi anſam mihi offerunt, atq; præbent il-
Ariſt.li.1. c.7. Mete. la Ariſtotelis verba. Quandoquidem, & cum lapis ille, qui apud AEgos flumē oſtenditur, ex aere cecidit, vento ſublatus excidit interdiu, cometa quoque illis noctibus flagrante.
Plin.lib.2. ca.60. Plinius etiam de hoc lapide hæc literis mandauit, celebrant (inquit) Græci Anaxagoram Clazomenium Olympiade ſeptuageſimæ octauæ ſecundo anno, prædixiſſe cæleſtium literarum ſcientia, quibus diebus ſaxum caſurum eſſet & ſole, idque factum interdiu in Thraciæ parte ad AEgos flumen. Qui etiam lapis nunc oſtenditur magnitudine vehiculi, colore aduſto, cometa quoque illis noctibus flagrante. Hæc Plinius, quem lapidem in Vocontiorum agro ſe vidiſſe, ait. Et ne aliquis nugas eſſe putet, lapidem illum eſſe vehiculi magnitudine, Plutarchus in Lyſandri vita de eodem lapide

deloquens scribit. Miræ magnitudinis saxum ad AEgos flumen cœlo delatum esse. Quem ætate sua ostendi, ipsemet Plutarchus testatur: addens illud huius lapidis casum prodigium fuisse Lysandri victoriæ maritimæ contra Athenienses. Cuius historiæ mentio ac recordatio est apud Amnum Marcellinum, ac Diogenem Laertium. Augustinus Niphus narrat sua tempestate tres magnos lapides è cœlo decidisse: vnus librarum centum sexaginta: alter sexaginta tertius viginti. Auerrois narrat, Auicennam dixisse, lapidem è cœlo decidisse, die sereno: quem ipse vidit, habere colorem & odorem sulphureum. Aristoteles affirmat, Vento lapidem illum qui apud AEgos flumen cæcidit, esse sublatum, quem omnes iuniores sequūtur. Cæterum intellectui ac rationi maxime repugnat: rem adeo grauem, & è terra sublatam, tandiu in aere, sine casu durare posse. Quandoquidem multos ante dies Anaxagoras id euenturum, prædixisset. Neque Plutarchi rationes loco citato quadrant. Potior Augustini Niphi

Ammia. l. 22.

Dioge. li. 2 in Anaxagoræ vita.

Auerro. l. 2. c. de Tonitruis.

Aristo. lococitato

Augusti. in cometarijs. Aristo. li. 1. c. 7 Meteoro.

phi mihi ratio videtur, asseuerantis, terream & viscosam exhalationem intra vapores inclusam ab antiperistasi circunstantis frigiditatis inflãmatam leui inflammatione fuisse, quæ mox ab eadem frigiditate extinguebatur. Quo circa præter rationẽ nõ est, nec philosophiæ refragatur, lapides in aere generari, quemadmodum grandines, & cætera meteorologica. In antiquorum enim annalibus legimus, lapidibus pluisse: quos vento in aerem esse leuatos non est rationi consentaneum affirmare.

De cometarum obseruatione & significatione. Cap. VIII

Effectus aliquos sequi post cometarum apparitionẽ, & ante, ex eis quæ a nobis sunt tradita, manifesto cognoscimus. Sed id in præsentia est disserendũ, quo pacto id significãt, & vtrũ sit aliqua eorũ obseruatio, quãdo apparẽt, vt inde cometarũ significationes sciri posśint. Ad cuius reiverã cognitionẽ hoc cõvenit, viso cometa intelligere. Eius longitudinẽ, Declinationẽ, partem declinationis, Magnitudinem, cõmerciũ cũ cęteris sideribus

bus:locum quem in Zodiaco occupat.

Longitudo cometæ consideratur, quando scimus cum quo gradu orbis signorum, hoc est Zodiaci ad mediũ cœli, idest, ad meridianum circulum deuenit, quæ ab Astrologis cœli mediatio dicitur. Quæ obseruatiõ paulò ante mediam noctẽ fieri debet. Hæc speculatio nõ ita necessaria, vt reliquę quas posteà scribemus, in cometis presertim, nã in stellis alijs commodissimum est. Declinationem contemplabimur quando cognouerimus distantiam cometæ ab AEquinoctiali. Arcus enim meridiani interceptus inter æquatorem, idest, AEquinoctialem, & stellæ crinitæ centrum seu corpus, declinatio vocatur teste Stoflerino. Quæ obseruatio in cometis ad ipsorum significationem scientiam præcipua est, sciemus sanè cui regioni seu vrbi sit, cometa verticalis docente Stadio, ibi nãque maior eius influxus erit. Pars declinationis scitur, cum intellexerimus, si declinatio illa est meridionalis seu austrina, an septentrionalis seu aquilonaris, quod idẽ est. Hoc sciri, potissimũ est, vt intelligatur, quam partem versus cometę significatio extenditur.

Stofle. Par te. 1. Propositione. 12.

Stadius in commẽtario de stellis fixis. c. 4

Magnitudo cometæ consideratur, ab eius magna vel parua luce, & radijs ac splendoribus, si nanque lux magna, & radij in gẽtes fuerint maximèque extensi, & splendor maximus, quód proueniet ex corporis magnitudine, cometa erit primæ magnitudinis: si autem non ita magnus, secundæ, & sic de cæteris magnitudinibus dijudicabis.

His sic peusitatis signum & gradũ in quo commorantur cometæ, considera: ac cum quibus cæli cõstellationibus seu imaginibus coniungatur, nempe cum Casiopeia, Serpẽtario, Hydra, Aquila, Delphino, Hyadibus, Pleiadibus, aut cum quo Planeta, nimirum si cum Saturno, Ioue, Marte, & cæteris: aut cum aliqua stella fixa sola. Vt cũ cane maiore, qui & Sirius dicitur, & cane minore seu canicula qui Procyon, oculo Tauri, qui Aldebarã, corde Scorpionis, q & Antares, Vega & reliquis. His diligenti trutina ac aurificis statera fidelisima hoc est lynceis oculis & certisima obseruatione cognitis, ad significationem considerandam descendet peritus Astronomus, vt verius quam posit, homines quid fugiendum, quid cauendum sit moneat. Vir nanque sapiens (vt inquit Ptolomęus)

lomæus) dominabitur astris. Ac multos vẽturos casus, ærumnas ac calamitates prouidere potest. Non enim hæc necesitatem rei imponunt, sed naturæ cursus & inclinationes ostendunt. Nec semper cometæ malum portendunt, sed bonum etiam. Nam calamitas ac horrendum illud quod signant, frequenter alijs nationibus, gentibus, potius quam Christianis: puta Turcis, Mauris, Idololatris & alijs exteris rebus. Illud est nobis bene prædicere, ac rem iucundam ostendere. Præterquam quod sunt alij cometæ, qui prospera ac salutaria influunt, vt cap. 12. Dicetur. Guido Bonatus suis monumentis mãdauit. Si cum caput draconis in Ariete fuerit, ibi cometa aliquis ei coniunctus visatur, malum ac detrimentum diuitum & potentum, atque nobilium, simul & tristitiæ multitudinem in rusticis in oriẽtis ac Babyloniç partibus significat. Guido Bonatus. part. 8. c. 104. In Ariete.

Si caput Draconis in Tauro inueniatur, & cometa ibi visatur hominibus malum ac iniurias inuenturos nunciat In Tauro.

Si in Geminis capite draconis commorã te cometa splenduerit, viros in libidinem incendit, in eamque pronos facit. In Geminis.

In Cācro. In Cancro si cometa apparuerit capiti draconis iunctus illo anno locustarum copiam messes rodentium ac destruentium futuram hariolatur:& brugo seu vermis arbores ac fruges perdet.

In Leone. Si capite Draconis Leonem occupante cometa ei copulatus inueniatur, lupi in animalibus sæuient, vermes frumentum vastabunt.

In Virgine. Virgo si caput draconis hospitio acceperit, hominum de loco in locum migrationē, & præsertim magnatibus, ac viris regijs in seruientibus malum statum minatur.

In Libra. Libræ hospes quando caput draconis est, cometasque ibi intueantur gentes, abundātiam furum, ac prædatorum intelligemus.

In Scorpio. Scorpius si caput draconis recipiens ibi cometa ei adhærente bellorum multitudinem, & militum rebellionem fore inueniemus.

In Sagittario. Sagittarium caput habitās cometa eum amplexus rusticis afflictionem notat.

In Capricorno. Capricornum si caput hospitatum sit, ad fornicationes omnes inuitabit, atq; alliciet.

In Aquario. In aquario capite draconis manente, Bellorum affluentiam signabit.

In

In Piſcibus inter affines bellum, maximum accædes, & inimicitiæ. In Piſcib⁹.

¶ Cometarum ſignificationes ex coloribus. Cap. IX.

QVemadmodum, vt Ptolomæus tradit in deliquijs ſeu Eclypſib⁹ eſt color luminarium ſeruãdus, vt euentus eorum ſciri poſsint, ſic in cometis contemplandum cenſet Leupoldus. Edocet nãque colore cometarum, & ex natura ſigni vbi prius apparent, malũ quod ſignificant, cognoſcitur. Ptolo. lib. 2.c.9. Iudiciorum. Leupo. tractatu quinto.

Si cometa colorem AEthiopicum, ſeu nigrum, & liuidum habuerit, Saturni effectus preſagit, frigore immenſo morbis diuturnis homines opprimit, vt tabe, marcore, coſetiã humoribus moleſtijs, fluxionibus, quartanis, exilijs, inopia, anguſtia, terroribus, luctibus, mortibus ſenum conficit: bruta hominibus ſeruientia comminuit, morbifera mala ipſis inferendo. Aer eſt horrendo frigore infeſtus, glacioſus, nebuloſus, peſtilẽs, inde tempeſtates peſsimas, denſas nubes, caligines,

gines, niues affert, penuriam frugum & vastitatem immittit. Quas omnes significationes, religiosorum ac piorum hominem precibus & suffragijs Deus optimus, maximus, sæpissimè auertit, mitigat, suaque clementia diminuit. Et vt ait Ioannes Damascenus apud Leupoldum, cometa adeò fit ad signandum mortes potentum, & dissoluitur, per Deum. In hoc loco Leupoldus scribit, hunc cometam ex Saturni natura mortalitatem & famen significare.

Leupold⁹. tractatu. 5.

Si cometæ color candidus est, qui color Iouialis existit, flatus ac siccitates, quas cometæ generant, hominibus salutares erunt.

Si rutilus est color, qui materialis est, bella, rixas, & dissensiones efficit.

Si flauus, qui est Veneris, multos ventos procreat. Venus nanque planeta ventosus est: & ventorum domina, omnia fœlicitat Deo redemptore nostro, annuente.

Si variorum colorum est, quod Mercurio attribuitur: ventos mouet: febres quotidianas, tusses, tabes excitat, tonitrua, fulgura, fulmina cit. Quas omnes significationes, cæterasque quas tædij gratia prætereo, aspectibus,

ctibus, coniunctionibus ac locis bonorum vel malorum planetarum, aut augentur, aut minuuntur, vel mutantur.

Leupoldus refert, duos cometas esse Iouis, quorum alter Argentum, alter autem Rosa vocatur: qui dicitur Argentum, ait, radium pulcherrimum habere: qui aspici non potest: & cum apparet, significat annos fertiles: quod vberius ac plenius erit, si Iupiter in signo aquatico, vt Cancro Scorpione, Piscibus inueniatur. Leupol. lo co citato.

Rosam autem, inquit, magnam ac mundam esse, & faciem vt hominem habere: & color eius est argenti auro commisti. Quæ cum conspicitur, mortem potentum ac diuitum portendit. Idem Autor docet Martis cometas esse quatuor, Veru, Pertica, Tenaculum, Matura rubea. Qui omnes Martis cometas, cum conspiciuntur, Prælia, terrores, in mundo vaticinantur. Veneris vnum esse asseuerat, vocarique militem, magnum est, ac instar globi lunæ, qui crines & radios retro effundet: & percurret duodecim signa. Nocet potentibus, & tunc insurgunt homines, qui volunt mutare res antiquas, & nouas inducere, Mercurij vnus est, & vo-

& vocatur dominus Asconiæ, estque cæruleus & paruus cauda longa, cum vero apparet, mortem ac bella demonstrat. Verũ est aspectu horribilis, & prope solem vadit. Pertica, grossum corpus habet: paucitatẽ aquarum notat, & copiosius si iungatur Veneri: si Mercurio copulatur, morienturiunenes & sapientes: si lunæ, populus morietur: si Saturno, mortalitas grauis erit: si Marti, bella & cædes: si Ioui, quicquid significat in potentibus & diuitibus apparebit. Ptolomæus monet, si stella cometa fuerit, in vndecimo signo à sole, quod contingit, quando sol est in Tauro, & cometa in Ariete: aut sol in Geminis, & cometa in Tauro: aut sol in Cancro, & cometa in Geminis: & sic in alijs signis: & hoc in ortu vel in occasu: & apparuerit in angulo meridiano, vel occidẽtali, aut potentissimus aliquis, aut magnus in regno morietur. Si autem in succedenti, hoc est, in octaua domo, vel vndecima, bene se habebunt ornamenta eius, sed gubernatorẽ suũ mutabit: & si in loco cadenti, idest, in nona, vel duodecima, erunt ægrotationes & mortes repentinę. Et si ab occasu ad ortum moueatur, alienigena hostis regionem inuadet.

Ptolo. cẽti lo. 100.

Si verò

Si verò non mouetur, hostis indigena erit. hæc Ptolomęus.

Quid cometæ portendant quando in locis alicuius schematis vel signis zodiaci apparuerint. Ca. XI.

AD huius capitis notitiam & veram cognitionem, ea quę Leupoldus commemorat, repetere necesse est. Scribit enim: si cometa in natiuitatis ædificij, aut cuiusuis radicis ascendente seu horoscopo fulserit, idē obtinget. Si in signo profectionis, vel reuolutiones, vel indirectionis gradu reperiatur nati mortē vel illius rei destructionē, ac detrimentū, cuius ascēdēs fuerit illud signū ostēdet. Et si in medij cœli signo geneseos aut natiuitatis alicuius se ostenderit, vel quando quis eleuatus est ad aliquā dignitatem, eleuationi dignitatis periculum imminebit. Est quoq; cōsiderandum, in quo signo primo cometa fuit: nam damnum, aut commodū pro illius signi natura, & domus

Leupold. Tractatu. 5.

in qua fuerit, indicabit. In natiuitatib⁹ enim domus etiam est contemplanda, in qua fuit signum, vbi cometa apparuit, in alijs cõside rationibus signum cõtemplare sufficit. Nã

In Ariete. si in æquinoctio Arietis nitescit, regni Babyloniæ detrimentum, Bella inter Græcos, & Barbaros, & inter Italos atque Alexandrinos significabit: Infortunium Romanorum, siccitatem magnam, oculorum dolores, boum mortes, nobilium descensum, & eleuationem infimorum minatur. Aurifodinas & argentifodinas, manifestabit, estatem æstuosissimam notat, Si primũ, in Oriente cometam intuemur, odium inter Persas & alios signat. Si in Occidente, magnates à potentibus non bene habebunt, ac cædem in Occidente, pluuias multas, fluminum inundationes & niues efficiet.

In Tauro. Si in Tauro emicuit, Bella & rumores terribiles in terra Romanorum, & Babyloniæ erunt, ægritudines vehementes grassabuntur, annona in penuria erit. Infortunium Italis in captiuitate & oppresione, ac mortalitatem, multi dolores sicci, scabies, pruritus homines infestabunt. Boues

nes morientur, & quædam pars per terræmotum deſolabitur: frigus vehemens, & meſsium corruptio vigebit: arborum fructus cadent: culturæ ac plantationis paucitas eueniet. Si in Oriente ſplenduerit puſtulis homines implebuntur, & durabit hoc annis ſequentibus: ægritudines multæ in quarta æſtiuali contingent. Si in Occidente pluuias multas ſignificabit.

Quando cometa in Geminis ſederit, & emicuerit, qui Romanis præeſt, Anguſtias: infortunia, ægritudines habebit: fames, mortes puerorum, & aborſus prægnantium non deficient. Aues morientur, Tonitrua magna & coruſcatio venenoſa fructus comburens accidet. Si in Oriente fuerit inuentus, multi magnates ob ordinibus ſuis cadent. Si in Occidente multam captiuitatem pluuias multas & inundationes ſignificabit. In Geminis.

Cometa in Cancro fulgens bella, multam mortem, multa mala, ſubmerſionem, mortem ſubitaneam quorundam, multas pluuias, paucos piſces prædicit. Si in Oriente remorabitur, Anguſtiæ, & annonæ vilitas in anni fine erunt: in Occidente rixas inter potentes, & poſtea pacem, conciliat. In Cancro

In Loene· In leone, qui rerum potiti sunt, in fine anni pugnabāt, vnde multa sanguinis effusio, quorundam nobilium mortes, stranguriam, oculorum dolores, ægritudinem, luporum, canum rabiem signat: in Oriente multas contētiones ac siccitates: in occidente, ęgritudines multas, fortitudinem luporum & rabiē canum.

In Virgine. In Virgine cometa si fulserit, vilitatem rerum, mercaturam cum iniuria, multos dolores febrium, & tremores, ventositatem mulierum, vlcera, pustullas, prægnantium abortus. In oriente, & sol ibidem Persæ vincent, in occidente pugnam Babyloniæ designat.

In Libra. Cum libra à cometa occupatur, mortem magnatum occidentis partis, multam mortem principum, & nobilium, paucitatem pluuiarum multam serenitatem, ventorum vehementiam, fluminum siccitatem, plantarum paucitatem, frondium destructionem. In oriente erunt infortunia multa Dominātis Babyloniæ, equi & muli erūt cari, & bella in terra Romanorum, & se mutuo interficient. In oriente, serui suis dominis non obedient, fructus erunt mediocres.

In Sagitario. Sagitario cometa in hospitante mortem nobi-

nobilium caloris vehementiam, paucitatem fructus palmarum. In oriente, mortem eorum qui potiuntur rerum, & pugnam & latrocinia, paucos redditus hæreditatum, & fructuum in occidente abortus mulierum.

In Capricorno cometa splendens, bellum inter dominatores, & multa infortunia: & si talis cometa fuerit in occidenti, Dominis illius regionis id portendet: & rixam & rumores terribibiles in Persia, & meridiem versus latronum multitudinem, & mortem, & nimiam grandinem, & niues, & destructionem plantarum, & maximè hortorum. In oriente, impedimenta potentum ex inimicis suis & erunt causa mortis eorũ, & renouationem dominij in potentibus, & erunt niues multæ, & pluuiæ & saluatio vinearum, & fructuum. In occidente, herbositatem anni, & aquarum abundantiam. In Capricorno.

In aquario cometa habitãte mors alicuius potentis in orientis parte, & vir qui regnum quærit, erit: in occidentis parte, multa mors & cædes, ac pugna cum multi temporis duratione: lepra homines infestabit, aer tenebrosus erit: tonitrua, coruscationes, & fulmina multa existent: præter hæc auiũ In Aquario.

 & pi-

& pisciũ paucitas: annonæ vilitas. Si in parte orientali est, sole Aquarium occupāte multa turba in occidente, multos rumores terribiles in Persia sparget, & deprædationes erunt.

In Piscib⁹. In Piscibus cometa repertus alicuius plebis mortem, & multam cædem in dominijs nigrorum, & AEgyptiorum propter fidei causas notat: eruntque prodigia. Et dominus exibit, multas ciuitates comburet, & infeliciter ei succedet; pisces morientur: ex aquis parum vtilitatis. Si in ortu emicuerit Sole in piscibus, in ducibus ac principibus rebellio erit, domino non obedient, & censum domini tollent, multus timor, plurima climata occupabit, Persia infortunium sentiet, plurimæ aderunt pluuiæ: in occidente, multę tēporum angustiæ, & mortes in pluribus climatibus videbuntur præcipuè in occidentali plaga, & durabit annis tribus: auium ac piscium copia non modica, flumina inundabunt. Et si in aliquorum domibus fuerit, illorum angustias denotat, & bella.

Hoc cometæ significabunt dum soli & sine aspectu, vel coniunctione fortunarum & beneuolarum stellarum fixarum fuerint affla-

afflati. Si enim fœlicium astrorum commercio vel radijs gaudent, minuent, vel mitigabunt, vel mutabũt, quidquid horrendum ac atrox portenderint.

Illud ex Plinio addendum putamus, si cometa tibiarum speciem retulerit, & ostenderit, quoniam est instrumentum musicum, cãtoribus, cornicinibus, tubicinibus, organicis, id est, organistis aduersum aliquid repræsentat. Quidquod si crinita stella illa in signorum gradibus seu partibus, quæ verenda ac pudenda notant, homines libidine deditos, in veretro, testiculis, vesica, pectine esse passuros demonstrat. Vt si planeta aliquis qui in aliquo signo verendis præfuerit, cometæ ibi remoranti cohæserit, aut quadrigono seu quartilli aspectu ipsum cometam visitet. Vt si Iupiter; qui in geminis verendis præest, & Mars in Libra, Venus in Scorpio, Mercurius in Sagittario, Capricorno in Piscibus, Sol & Luna in Aquario sint, Alchabitio Doctore, omnes hi planetæ in his signis verẽda habẽt. Ad hæc si cometa cum stellis fixis triangularem, seu quadrangularem figuram effinxerit, viris literatis ac eruditis aliquid infau-

Plin. lib. 2. cap. 25.

Alcha, parte prima.

ſtum præſagit. Sin autem cometam in aliquarum ſerpentum conſtellatione aut auſtralis regionis, aut borealis intueamur, venena fundere, idest aerem veneuoſum ac peſtilentem reddere, eumq; corruptione ac tabo inficere, palam erit. Doctor Franciſcus Villalupus per ſerpentem, ſeptentrionalem Cancrũ, quod eſt ſignum Boreale, intelligit: per ſerpētem auſtrinum Scorpium, quod eſt ſignum auſtrale. Ego verò per ſerpentem ſeptentrionalem, Draconem qui borealis Ptolomæo teſte eſt, & inter duos Arctos collocatus viſitur. Quem ibi Ouidius ſignificat, Quæq; polo poſita eſt, glaciali proxima ſerpens: cuius Higinus nō eſt oblitus: & etiam anguem ophiacum ſeu ſerpentarium, qui borealis eſt, intelligo. Per auſtrinū ſerpentem, Hydram. Quæ abſolute à Plinio his verbis docentur, referre arbitrantur, in quas partes, ſeſe iaculetur, aut cuius ſtella vires accipiat, quaſq; ſimilitudines reddat, & quibus in locis emicet. Tibiarum ſpecies, arti muſicæ portendere: obſcœnis autem moribus, inverendis partibus figurorum: ingenijs ac eruditioni ſi triquetram figuram, quadratamue paribus angulis, ad aliquos perenniũ ſtella-

Doct. Frā. in Plinij. comentarijs.

Ptolo. li. 7. c. 5. magnę compoſitionis.

Ouid. li. 2. Metam.

Higi. lib. 3. De ſignis cęleſtibus.

Pli. li. 2. ca. 25.

ſtellarum ſitus edant: venena fundere, in ca
pite Septentrionalis auſtrinæuè Serpentis
hæc Plinius.

Hali Abenragel peritiſsimus Aſtrologus Part.8.c.23
memoriæ prodidit, ſi in annorum reuolutio
ne cometa caudatus ſplenduerit, & fuerit e-
xaltatus ſupra Venerem, ideſt, vt ait idem
Hali Abenragel, vt ſit in decimo ſigno ab eo Part.1.
in quo eſt Venus, ſignificat diminutionem
& ſiccitatem in aquis. Si ſupra Mercurium
damnum in iuuenibus, ſi ſupra Iouem nobi
lium interitus, ſi ſupra Saturnum morbos in
gentes, ſi ſupra Martem bella & interfectio
nes: ſi ſupra caput Draconis nobilibus immi
net exitium, ſi ſupra Caudam, arboribus &
eorum fructibus. Idem Hali Abenragel hor
tatur. Maius (inquit) damnum quod facit
hominibus, cometa caudatus eſt, quando ap
paret in ſigno formæ humanæ. Signum for-
mæ humanæ eſt Gemini, Virgo, Libra, A-
quarius.

In quibus regionibus, populis, gentibus, vrbibus, cometa rũ influxus contingẽt, Cap. X I.

E 5 Præce-

PRæcedenti capite dictum est, quid cometæ significent cum in Zodiaci signis sederint nunc autem, in quibus regionibus, prouincijs gentibus, ac populis, illi influxus cadant, docendum est. Cometarum influxus ac significationes non ad vnam duntaxat vrbem, aut gentem, suos effectus producunt, ac immittunt, regiones etiam, prouincias atque regna amplectuntur, vt bene Georgius Trapezuntius testatur. Quod vt ad amussim facias, locum cœli, quem cometæ occupabunt, considerabis. Videlicet si orientalem, aut occidentalem, meridionalem, aut borealem plagam vel loca intermedia possederint, in ea nempe regione suos effectus operabuntur: item quo cauda cometæ vergat, sciendum: nam ibi suos influxus exercere dices, & eò certius, quoniam ab illa parte cometæ fomentum venit. Ignea nanque sui fomitis ac pabuli locũ respiciunt: ibi aeris malã temperiẽ efficiunt, ac exhalant. Contẽplare vicissim signum in quo primum apparent, ex eius enim natura faustũ, vel infaustũ quod prædicant, venaberis. Speculaberis deinde, in quas regiones seu loca dãnum vel cõmodum immitãt.

Georgius centiloqu. 100. Ptolomæi.

Quod

Quod ostẽdet,signũ,in quo sunt. Dominus quoq; signi est intuendus, puta si est infœlix aut sinister, vel prosper & salutaris. Saturn⁹ ac Mars calamitatẽ Iupiter & Venus iucunda achilaria vaticinabũtur. Quãdo cometæ in his signis remorati fuerint,sua tabe vel afflatu fœlici has regiões vrbes & loca aspget.

Aries habet secundum AEgyptios,vt narrat Ephestion Thebanus Babylonem veterem,Arabiam,quæ AEgypto est finitima: secundum verò Ptolomæum, Britanniam, seu Angliã, Galliam Brachatam, Germaniam,Bastarnas,Cœlesyriam,Palæstinam, Samariam,Galilæam.Idumæam,Iudæam. Veteres autem cum Hyparco sic distribuebant,sub armo sinistro Arietis Babylonem sitam esse asseuerabant: sub dextro Thraciam,sub pectore Armeniam, sub ilijs Arabiam AEgypto propinquam sub Spina & Aluo, Persiam,Cappadociam, Mesopotamiam, Syriam, Mare rubrum.Subsunt & Arieti hęc oppida,Cracouia caput regni Poloniæ minoris. In Italia Patauiũ,Neapolis, Florẽtia,Fauẽtia,Imola siue forũ Cornelij. In regiõe Italię,quę AEmilia seu Flaminia, & Romãdiola dicitur,Pola Histrię oppidũ, Roma- In Ariete.

Romanorum Colonia, Pergamum Asię minoris insigne oppidum. In Hispania Pincia, Tortosa, Cæsaraugusta.

In Tauro. Taurus habet Mediam, Parthiam, Persida, Cycladas insulas, Cyprum, Maritima loca Asiæ minoris, Poloniam maiorem, secundum AEgyptios ac Dorotheum, vt tradit AEphestion Thebanus, Arabiam & AEgyptum. Hipparcus autem & veteres sic: Tauri cornibus Mediam subijciebāt, dextris partibus aurigam versus, Scythiam sinistris, Armeniam: Vergilijs, Cyprum in oppidis habet, in Italia Bononiam, Sennam, Veronā, Capuam, Salernum, Anconam, Treuirim, Mantuam, Senogalliam, Vincentiam, Parmam: in Sicilia, Panormū: in Hispania, Taurum, Gironam, Pacem Augustam, Oscam, Asturicam, Mentesam.

In Geminis Gemini possident Hyrcaniam, Armeniā, Matianem, Cyrenas, Marmaricam, AEgyptum inferiorem, Flandriam, Sardiniā. Vt AEgypti & Dorotheus, tradunt, Cappadociam, Phœniciam. Veteres sic, Septentrionale Geminis sub pedibus, Bœotiam, manui Thraciam, Dorso, Galaciam: Australi sub pedibus, Pontum, dorso, Ciliciam, scapulis,

lis, Phœniciam, vertici, Indiam: oppida sunt in Italia Mediolanum, Rhegium, Taurinũ, Viterbum, Tridentum, Senam, Norimbergam, quod est Germani oppidum. In Hispania, Ciguntiam, Talaueram, Sagũtum, Cordubam.

Cancer Numidas, Carthaginẽses, Afros, Bithyniam, Phrygiam, & Colchidẽ tenet. AEgypti & Dorotheus Thraciam, AEthiopiã. Veteres sic distribuebãt, Prioribus partibus Bactrianã: sinistris Scythiã, Acarnaniã, Hellespontum, Lybicum pelagus, Britanniam, Thulem insulam, pedibus Armeniã, Cappadociam, Rhodum, Coum, Cycladas: Medijs partibus Asiam minorem: dextris, Lydiam, Medicus Torrella, addit Galliam Belgicam Britanniam Galliæ, Romandiolam. In Hispania etiam Legionem, Galliã, Ferraram, Babylonem, Noruegiam, Holandiã, Zelandam: in oppidis occupat Constantinopolim Venetias, in Italia Vincentiam, Nolam, Lucam, Pisam, Mantuam, Mediolanum: in Hispania, Compostellam, Barchinonem, Vlysipponem, Illiberim, nunc Granatam dicimus, meum natale solũ, & quod meos vagitus audiuit, quamuis oriundus ab Abila,

In Cãcro.

Medicus Torrella ĩ lib. de imagini. astrologicis ĩ Hispaniæ edito.

Auila, illuſtri Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbe in Baſtetanis Hiſpane vocatur, Auila Epiſcopat us eſt Caſtellæ veteris.

In Leo. Leo Italiam, Galliam Togatam, Siciliam, Apuliam, Phœnicē, Chaldæos, Ochiniam, Bohemiam, & littus maris rubri, quod eſt Mecham verſus AEgyptij & Dorotheus Greciam, Phrygiam, & Fauces Ponti. Veteres, Propontidem, capiti ſuppoſuerunt, pectori Greciam, Aluo & caudæ Macedonā: in oppidis Vlmam, Crotoniam, Cremoniā, Mantuam, Rauennam, Pragam, & partem Peruſiæ territorij: alij addunt hic, Romam & Hieroſolymam, in Hiſpania Legionem, Murciam.

In Virgine. Virgo Meſopotamiam, Babylonem, Aſſyriam, Greciam, Achaiam, Cretam, Thylem, AEgyptij cum Dorotheo, Rhodū, Cycladas, Arcadiam, Cretam. Veteres dorſo, Ioniam ſubiacent, ſiniſtris medijs partibus, Rhodum, Peloponeſſum collocant. Sub latere ſiniſtro, Arcadiam, & Cyrenem manui dextræ Doridem: ſiniſtræ Siciliam, Spicæ, Perſiam. Oppida habet, in Italia Ticinum, Nouariam, Ferrariam, Cummas, Tarentū, Beneuentum, Alexandriam, Peruſiam, Pariſios.

risios. In Hispania Algeziras, Toletū, Abulam, quę vulgo Auila, Ilerdā, Calcidoniam Hispane dicitur Medina de rio seco, alij Forum Eugurorum appellant, posśidet, & turrim Chalcidoniam Hispanè Tordehumos. Sic in annalibus antiquis cuiusdam monasterij hæc oppida vocabantur.

Libra Bactra, Casperiam, Seras, Thebaida. Oasin, Troglodytas, Austriam, Tusciā, Cyręnaicam, Italiam occupat. Veteres frōti Romam & finitima loca ascripserunt, medio Arabiam, AEgyptum, AEthiopiā, Carthaginem, extremo Lybicam Cyrænē, & vicina loca: dextro, Spartam, Smyrnæ montem: Capiti, Tyrum, & insulam Tacorū, quę Pancarpos dicitur, iuxta mare arabicum. Pectori, Siciliam: Aluo, Synopem: & secūdum alios Syriā. in oppidis Placētiā, Lodos, Parmā, Caetā, Suessam, Augustā, Vianam: In Hispania Salmanticā, Burgos, Almeriam. In Libra.

Scorpius Metagonitidas, Mauritaniam, Getuliam, Syriam Comagenam, Cappadociā, & maris Scotiæ littora, Tyrum, Lybiā, Carthaginem, Siciliam. Vetustiores prioribus partibus, Italiam, medijs, Icariam, & vicina loca: Ori, Romam, in oppidis Mecinam. In Scorpio.

nam, Aquileiam, Ceruiam, Gemiam, Brixiam, Cremam, Paduã, Ferrariam. In Hispania Xatiuam, Tudelam, Valentiam, Segouiam, Malacam, Bragam, Burgos, Tudelam.

In Sagittario. Sagittarius Tyrrhenos, Celtas, Hispaniã, Arabiam fœlicem, Dalmatiam, Illyridem, Narbonam, Hetruriam, Liguriæ partẽ, Galliam, Cretam, Mysiam, Europam. Hypparcus autem iuxta huius spinam subijcit, Cretam, & vicina loca sinistro, Siciliam, dextro, Cyprum & Rubrum mare: extremis partibus, Tyrrheniam, spinę, Caspianos & accolas Eufratis: Caudę Mesopotamiam, Carthaginem, Mare Africanum: capiti Italiam, & sinum Adriaticum, & illius accolas: pectori, Syriam: Pharetræ Athlãticum pelagus: prioribus pedibus, AEgyptum & finitima loca: in oppidis, Melitam, Hierusalem, Budam Auignonem, Astam, in Hispania, Mentesam, Calaguriam, Methymnam Cœli.

In Capricorno. Capricornus, Indiam Arrianam, Gedrosiam, Thraciã, Macedoniam, Illyriam, Romandiolam, Lusitaniam, Croaciam, Bauariam, Cimerios. Veteres subieccerunt, lateribus AEgæum pelagus, & accolas illius, atq; Corin-

Corinthum, dorſo & Zonæ mare magnum: Caudæ Iberiam: Capiti Cyleniam, & Tyrrheniam: aluo mediam AEgyptū, Syriam, Cariam, In oppidis, Conſtātinopolim, Tortonam, Crotonam, Veronā, Forliuium, partem agri Ferrariæ, Saboiam, Fauentiam. In Hiſpania, Carmonam, Tortoſam, Soriam.

Aquarius, Sauromatas, Oxianē, Sogdianē, Arabiam, Macedoniam, Azaniam, Illyricum, Aragoniam, Saxoniam, partem Bohemiæ, AEthiopiam, Indiam, Tauricā, AEgygtum quoq; ſecundum, Hyparchum, & Meſopotamiam. Veteres aſcripſerunt Læuæ manui & pectori, Syriam: dextræ Euphratem, & Tigrim, profuſo latici, Tanaim, & flumina alia quæ cōtra Auſtrum, & Fauonium fluunt: in oppidis Hieruſalem, Conſtātiam, Vrbinum, Montem Ferratum, Taurinum, ſeu Pedemontium, Hiſpanè Piamonte, alij Venetias, Piſaurum, Rauēnam, his adijciunt. In Hiſpania, Zonaram, Palentiam. vltima pars huius & principium ſuper Hiſpalim. Alij Methymnam duelli, quam, del campo dicitur. In Aquario.

Piſces Lydiam habēt Ciliciam, Pamphiliam, Phazacam, Naſamonitem, Garamanti- In Piſcib⁹.

cam, Lusitaniam, Islandiam, Normandiam, Persiam, Mare rubrum & vicina loca oceano. Veteres prioribus partibus subiecerunt Euphratem. Tigrim: medijs Syriam mare rubrum, mediam Indiam, Persidem: Dorso, mare Arabicum: Filo septentrionalis piscis Thraciam: australi, Asiam. In oppidis, Ratisbonā, Coloniam Agrippiniā, Alexādriam, partem Ferrarię & Venetorum, Regium. In Hispania, Orensem, Hispalim, & portum Lusitaniæ, vulgo Oporto dicitur.

Cometas non semper siccitates nec res aduersas significare Cap. XII.

Omnes pro comperto habent, ob nixeq; obseruant, cometas cum apparent, siccitatem significare, idq; Aristotelis testimonio ducti testantur, quoniam ibi nulla pluuiarum mentio fit, quem cum vniuersi Philosophi sequantur, id tanquam Apollinis oraculum tenēt, ac custodiunt: cæterum Astronomis longe alia mens est, nam Leupoldus adhortatur

Arist. li. 1. c. 7.

Leupold. Tractatu quinto.

tatur

tatur, cometam in Tauro existentem, dum in occidente videatur, pluuias multas afferre. Quod etiam experientia docet, nam hic noster cometa pluuias magnas secum fert. Item idem perdocet, si cometa in Ariete splenduerit in occidentali plaga, pluuias multas, inundationesque fluminum, & niues efficiet. In Geminis si cometa fuerit inuentus, idem monet, pluuias multas & inundationes portendere. Item in Cancro pluuiosum annum nunciat. In Capricorni signo cum stella Crinita commoratur etiam aquarum abundantiam prædicet. Nec semper malum vaticinantur: cometa enim Iouialis, qui Argentum vocatur, cum fulget, Ioue præsertim in Aquatico Signo existente, puta Cancro, Scorpio, Piscibus, annos fertiles significat, sic Leupoldo lococitato scribente. Enimuero vt crebrius diximus, Cometæ malitia ac peruersitas minuitur, aut temperatur, benignorum erronum ac stellarum fixarum aspectu vel Sinodo seu coniunctione. Quoniam vt Haly Abenrragel scribit planetarum, vnus fortunat alterum, & vnus damnat alterum. Haly. par. 1. cap. 5.

De stellis transcurrentibus.
Cap. XIII.

Aristo.lib. 2 De cœlo li.3.c.1.De partib⁹ animali.lib.3. de anima. lib.2.Metaphy. Vergil.li. .Geor.

A Deo verum est, quod Aristoteles multis in locis prædicat, DEVM, nihil agere frustra, vt transcurrentes stellæ, quos discursus stellarum vocat Plinius, alij Traiectiones, mirum quanuis velocissimè transeant, vnoq; momento ferantur, suas habeant significationes, nõ temerè cœlo labantur: Vulgus è cœlo sydera cadentia esse putat, ad cuius sensum Virgilius sic lusit.

Sępe etiã stellas cœlo impendente videbis,
Pręcipites cęlo labi, noctisq; per vmbras
Flammarũ longos à tergo albescere tractus.

Lucretius. .2.

Quę ex Lucrecio mutuata sunt, ille ita canit.

Nocturnasq; faces cœli sublime volantes
Non ne vides longos flammarum ducere tractus:
Non cadere in terrã stellas & sydera cernis?

Ptolomeus monet transcurrentes stellas, has quas noctu huc atq; illuc discurrere tãquam stipulas ardentes seu scintillas incensas vide-

A c. ...tole, Cẽ... lo.99. 1 q...

demus ſiccitatem aeris ſignificare. Etſi ab vna parte cœli ferantur, ab illa vẽtum oſtendere eſſe venturum. Et ſi ad varias partes impellantur, aquarum paucitatem, & aeris mutationem, & exercituũ incurſus indicare. Ventum demonſtrant orituruũ, quia ventorũ materia ſicca eſt, & dũ hæc cũ materia ſtellarum tranſuolantium immiſcetur, flatus neceſſario incitatur. Exercituum incurſus pręſignant, quoniam aerem ambientem ſiccum ac biliofum reddunt, inde militares viri ad bellorum impetus excitantur. Faces etiam cum excurrunt, ac videntur, inter tranſcurrẽtes ſtellas numerantur: & ipſæ aliquorũ euentuum prænuntiæ ſunt. Quid autem prænuntient, Plinius ſcribit. Quarum duo genera facit, Alterum Lampades. Bolidas alterum appellitat. Quæ hoc pacto inter ſe diſtant: Lampades, quæ ſunt faces ipſæ, veſtigia longa faciunt priori ardente parte: Bolis vero perpetua ardens longiorem limitem trahit. Quid oſtendant, idem explanat inquiens, Emicant & faces non niſi cum decidunt viſæ, qualis Germanico Cæſare gladiatorum ſpectaculum edente, pręter ora populi meridiano tranſcurrit, hæc Plinius. Illa fax immiſſa

Plin. lib. 2. ca. 26.

missa fuit, quasi deo indignante stragem illam, ac mortalium carnificinam fieri. Trabs similiter cum splendet, aliquid calamitosum indicare, idē narrat, ait enim, Emicāt & trabes simili modo quas δοκοὺς vocāt, quales cum Lacedæmonij classe victi imperium Græciæ amisere: licet trabes non possunt inter transcurrentes stellas numerari. Quæ omnes apparitiones ab eadem materia & causa proficiscuntur, à qua cometæ exeunt, vt capite.3. diximus. Hali Abenragel cometarum transcurrētium quasdam significationes docet tradens, si ab signo arietis stella transcurrens cadat, nunc sit fax, nunc bolides, aut scintillæ, & signum versus suam notam mittat, portendere, præcipuum aliquem virum in christianis moriturum, & apud Babylonios multas cædes futuras. Si autem casus ille sit à Tauro, ciuitates esse depopulandas in christianorum terris, & apud Babylonios pestem fore innuit. Si Geminis est ille casus, rixas inter Christianos, AEgypti regem interiturum, & apud Persas pestilentias ac morbos notat. Si à Cancro in terris ei subiectis, potentis alicuius filium in lite moriturum significat, & postea eius patrem. Si à Leone

Haly par. 8. c. vltimo

Leone, vir principalis morietur, & ex Babylonia exiet, qui dominanti aduersabitur. Si à virgine, rex AEgypti aduersus inimicos suos victor erit, & multa bella ei accident. à Libra insidias prædicit. Ab Scorpio, multæ combustiones interris accident, & erit aquarum penuria. A Sagittario, Babylonijs malum ostendet. A Capricorno, in Maurorum terris lites significat. Ab Aquario cædes. A piscibus, multas aquas & salutem.

De ijs impressionibus quę cœlo sereno fiunt. Cap. XIIII.

Hiatus ac voragines cœlo sereno conspici, testis Aristoteles, qui Hiatus, foueas, colores sanguinolentos nocte serena videri asseuerat, quæ ab eadem causa qua cometæ manant. Sereno etiam cœlo aliquando tonare eadem causa qua nubilo, aere interse collisoSeneca scriptis suis tradere memor fuit. Armorum crepitus & tubæ sonitus è cœlo audiuntur teste Plinio. Idem inquit sine motu sæpe editur sonus, nec simplici modo quatitur vnquam sed tremit, vibratque

Aris.li.1.c. 5.Meteo.

Senecali. ca.1.Natu Quæst.

Plin.li.2.c 59. idē Pl li.2.c.82.

Cuius ratio ab eo redditur ibidem scribens, id fieri pro qualitate materiæ excipientis, formaq; vel cauernarum, vel cuniculi perquem meat, ex his grassante in angusto, eodem rauco, in curuis, resultante: in duris, fræ mēte: in humidis, fluctuāte & stagnantibus, hæc Plinius de terræ hiatibus agens. Quod idem in cœlo euenire manifesto compertmus, sonitus enim tonitrui pro forma nubis qua erumpit, fit: nunc exilis, nunc vehemēs, nunc magnus, nūc paruus auditur: aer namq; collisus, prorumpere è loco cupiēs, diuersos sonituum modos edit. Vt accidit quādo fer rum ignitum ac candens in aquam mergitur, aut in tubis, cornibus, tibijs, euenit, nam cum aer idem sit, sonus autem pro instrumenti na tura & forma varius redditur. Hinc nō mirā dum est illud, quod Olaus Magnus Gotus prodidit, in borealibus regionibus terram inueniri, quæ gemitus edat, inde prodijt, q Augustinus Niphus narrat, à matre sua acce pisse, tempore quo atrox pestis Sinuessam. Anno. 1474. inuasit, auditas fuisse voces humanas per vniuersam ciuitatem, posteaq; luem ac pestem secutam, quarum causa, vt iam breuius dictum est, sunt exhalationes atq;

Augu. li. 2. nūtiat. 1. Denostra = ī calami= at umcau-s.

atq; vapores, quos terra exhalat, & reiectat, qui cum miscentur, colluctantur, collidunt simul & congrediuntur: vnde varios ac disso nos sonitus, varias voces, auribus obijciunt: pro natura loci qua emergũt, & eructantur. Vt fuerit eruptio, vel exitus ita, celer præproperus, aut segnis & lenis sonus audietur. Qui soni cum accidunt, aut pestis aut lues si è cœlo prodeant, aut terræmotus, vel hiatus si à terra exeant, sunt prænuncij: ita Plinius loco citato sensit scribens: præcedit vero comitaturq; terribilis sonus, alias murmur simi lius mugitibus, aut clamori humano, armorum ve pulsantum fragori, Cumq; hęc in ter ra fiant e cœlo sępe proficisci videtur, Echo in causa est, quæ aere resultante voces multis in locis reciprocas facit. Sensus enim audi tus in hac re hebetior est, quoniã distantiam percipere non valet. Quod autem sereno cœlo huiusmodi soni fiant, in prõptu ratio est. Exhalationes nanq;, ac anhelitus illi noctu generãtur: tuncq; cœlo nubibus libero ipsis impedimento non sunt, quominus recta via sursum ferantur. Hoc est etiam speculãdum, tales voces ac sonitus & mugitus non nisi trã quillo ac quieto tempore, non ventis agita-

Plin. li. 2. c. 82.

ſpei erant, quod iam apparebat, frangi tempeſtatem, & ventos mitigari. Verum quando vnus ignis videtur, ſignum eſt, procellam impetuoſam ac horrendam futuram. Exhalatio eſt fumo pingui ac vnctuoſo miſta, quæ cum inceditur, non multum à terra extollitur: ideò loca altiora, quæ circa terram ſunt, petit. Quocirca Plinius ſcribit, militum pilis, antemnis nauium, hominum capitibus inſidere. Propterea prodigium eſſe male antiqui autumabant. Virgilius cātat, ſuper Aſcanij Æneæ filij caput viſam canens, Cum ſubitum dictuq; oritur mirabile monſtrum, Nanq; manus inter mæſtorumq; ora parentum, Ecce leuis ſummo de vertice viſus Iuli, Fundere lumen apex tactuq; innoxia molli, Lambere flammā comas, & circum tempora paſci. Titus Liuius in Seruij Tulli ſexti Romanorū regis ſediſſe narrat, ait enim Eo tempore in regia prodigium viſum euētuq; mirabile fuit, puero dormienti, cui Seruio Tullo nomen fuit, caput arſiſſe, ferunt, multorum incōſpectu. Alexius Vanegas refert, hunc ignem conſpectum fuiſſe dum quidam iter facerent, atq; in auricularum iumentorū ſumitate, in ſtimulis & galeris ruſticorum.

Plin. loco citato.

Virgi. li. 2. Æneid.

Titus Liuii. li. 1. ab vrbe condita.

Alixius li. naturali. c. 32.

Quo-

Quocirca ſatis liquidò conſtat, nontantum in maris ſed terræ quoq; tempeſtatiſtus hãc exhalationem generari. Quæ tempeſtate imminente fit. Quoniam a eris frigiditate cogitur, atq; denſatur: cũq; inſpiſſetur, & a frigore fugiens huc atq; illuc reluctetur, inflammatur vapor, non tamen adurit, inde Virgilius pixit, tactuq; innoxia. Hic Vapor in caſtris propter hominum concurſum & multitudinem ſępenumero cernitur: pariter & in nauibus propter nauigantium ſtipatam copiam. Duos ignes tranquillitatis & tempeſtatis ſedandæ, Vnum vero, diri ac minacis naufragij indicium eſſe ferunt. Iacobus Milichius hanc rationẽ aſsignat, Gemini ignes ſeu lumina (ait) ſignificat hoc incendiũ omnẽ tẽpeſtatum materiã abſumere: Solitarij vero, regionẽ, materia, qua tẽpeſtates generãtur, abundare, preſagiunt. vel ſi magis placet noſtra opinio, cum duo lumina videntur, ſignum eſt, exhalationem aeris frigiditatem ac tempeſtatem vincere ac ſuperare, quando ſic ſpargitur, ac dilatatur: cum vero non niſi vnum tantum lumen inſpicitur, procellam & aerem turbidum exhalationem ſuperare, notat. ac hoc modo non eſt ſpes tẽpeſtatem tam

Virgi. loc citato.

Iacobus Milichius, in Cometa rijs Plinij li. 2. ca. 37.

Alexi. loco citato.

tam cito mitigatum iri. Verum, Vt Alexius Vanegas monet, non ita obnixe ac exacte hoc natura seruat, nam duobus ignibus visis nauigantes naufragium patiuntur econtrario vno liberantur, vt ex naufragis cognitum ac palam est. Enimvero, sæpe numero tempestas contingit, non tamen apparent.

In quas res cometæ sæuiant, quas ve fœlicitent. Cap. XVI.

Interpres Ptolo. li. 2. c. 9.

EX his ijs quæ prædicta sunt, in quas res cometæ debacchentur, quasve fortunet, scire poterimus sed existunt multa alia, quæ à nobis reticenda non sunt: de quibus in præsentia Ptolomæi interpres Græcus docet si cometa in signo humano inuentus fuerit, puta in Geminis, Virgine, Aquario, hominibus aduersum vel prosperum portendere. Si autem signum Belluinũ fuerit, nempe Aries, Taurus Leo, Belluis significabit. Si cometa visus Trabis formam affert, stirpibus simul & germinibus & lignis, ideo nauibus quo-

que malum præſagiet. Nos autem ex Ptolomæo ſic tradimus. Inſpiciēdum eſt, cum qua cœli figura coeat & coniungatur, ſi cum ſignis humanis, nunc in Eclytica, nunc extra ipſam ſolis viam cum reliquis fixis euentus in homines caſuros prædicet: ſi cum formis quadrupedibus, vt cum Hirco, Hædis, Aſellis, Canibus maiore & minore, in ſimilia animalia damnum incidet: ſi cum formis miſtium animalium, vt Hædis, Aſellis, Ariete, Tauro, in Aſinos, Equos, Boues, Pecudes, fauſtum aut in fauſtum illud ingruet. Si cometa fuerit cum ſignis ſeptentrionalibus terrenis vt Tauro, Virgine, Terręmotus erunt: ſi cum meridionalibus, vt Capricorno, nimbos cometæ influxus afferet: ſi cum formis alas habentibus, vt Virgine, Gallina, Aquila, Vulture cadente, Geminis, Piſcibus in aues, quæ victui apta ſunt, inuadent. Si cum formis natantibus nempe, Piſcibus, Cancro, Cęto, Delfino, in Aquatica & Piſces euentus cadet: & ſi hæc marina fuerint vt cancer, quod mare ſeptentrionale ſignificat, ſicut capricornus auſtrale, & inde inter piſces marinos numerantur, idem accidet: Si cū Delphino, marinis piſci-

piſcibus,claſsibus,& nauigationibus, minatur:ſi fluuiatilia,vt Cancer fuerint, fluuiaticis & fontanis decernet. Argonauis vtrunq; amplectitur: & ſi cometa ei copulatur claſſium,nauium,naufragium, & fluuiorum ariditatem prænuntiabit. Si crinita gladij formam referat,qualis illa eſt, quam Xiphiam vocāt,vrbium excidium notat.Si vt columna eluxerit,principum ac regum mortē ſtatuet.Eſt quoq; aduertendum,vt ſcribit Ptolomęus, in quam regionis partem faſtigium ſeu apex inclinetur, ſignetq;,ibi nanq; ſuos

Ptole. li. 2. ca. 9. Iudiciorum.

euentus exercebit. Nam vt Ptolomæi interpres Gręcus(inquit)ſumendus eſt circulus, & ſi partes ſuperiores habere colorem viderimus,ideſt ſplendorem& lucem vt in comatis ſtellis fit,effectum circa regiones Boreali ores fore prædictionem dicemus: ſi inferiores,circa auſtraliores, ſi priores, circa orientaliores:id innuit Ptolomęus, his verbis.Quod

Ptole.loco citato.

ſi coloris proprietas per tota luminum corpora, aut etiam loca ſe diffuderit, plurimis regionis partibus futura decernit:ſin quacunq; à parte apparuerit, illis partibus, in quas proprietas illa ſe inclinauerit. Huius negocij hæc eſt cauſa, quia ab illa parte pabulum

ac

ac cometæ fomentum venit, & ideo ibi infortunium illud magis abundabit. Cometæ quoq; motus est intuendus, videlicet si ad ortum, occasum, meridiem, septentrionē, aut quancunq; in aliā partem feratur: inibi pestis, fames, hæresis, bellū, aut quæuis res prospera, aut aduersa erit. In Cometis illud est obseruatione dignum, singularem crinitæ euentū notare: quod sic fiet, Inspicias oportet, si in alicuius Geneseos seu genituræ schemate, aut figura, cometa fulgeat, si gradum, vbi vite significator est, occupat, aut in eius Horoscopo vel ascendēte est, ille natus, nisi aliter DEO. optimo, visum fuerit, precipuus ac magnus vir erit. Si autem in medio cœli splenduerit, ab statu ac dignitate, & honore deijcietur, aut in honoris ac splendoris columen euehetur, vt loci ac genituræ fuerit descriptio.

De huius nostræ ætatis cometæ consideratione.

Ca. XVII.

QVa hora, & quo tempore hic cometa apparuit, exacte ac sine errore scire

nonpotui. Quis enim illud momentum ac initium ſubitum & repentinum, cum come tæ cœlo elucent, obſeruare poteſt? licet ipſe

Laer. li. 2. in Anaxagoræ Vita.

Anaxagoras, ſit, qui vt refert Laertius, dixit, ſe natũ vt ſolem & lunã cõtemplaretur quando mihi eam videre contigit, in parte occidua rutilans colore roſeo erat. Propterea ſchema ſeu figuram erigere non licuit. Quoniam præciſum apparitionis tempus mihi occultum fuit. Quod tamen potui, id effeci. Declinatio eius ſeptuaginta quinque propemodũ graduum erat, pars declinationis, Borealis, ſeu ſeptentrionalis: collocabatur in Conſtellatione Caſsiopeiæ, quæ & cathedra dicitur, in Tauri prima facie: a polo Arctico quindecim fere gradibus diſtabat; immobilis manebat, in figura nihil à planetis differens, in principio magnitudine Iovem ac Venerem præſtabat. poſtea autem ſenſim diminuta vt ſtella ſecundę magnitudinis videbatur, ſeu potius videtur nam adhuc hæc me ſcribente apparet, Die videlicet decimo ſexto Aprilis Anno. 1573. colore nunc, non roſeo, ſed argenteo, minutis radijs ac exiguis vt cætera ſidera ſecundæ magnitudinis. Quadrangulum cum ſtellis

lis fixis constellationis Casiopeiæ perpetuo seruat. cæpit videri ab vndecimo die mensis Nouembris, vt mihi nunciatum est Anno. 1572. cuius iufluxus ac malitia si DEO nostro redemptore maximo aliter visum non fuerit, in regionibus sibi subiectis exercebit, & quoniam septentrionalis est, suam significationem ostendet, in regionibus, ac oppidis, & gentibus septentrionalibus, & illos præsertim suo veneno inficiet, quæ Tauro subiectæ sunt, vt capite vndecimo videbis. Verum quia non est, in signo humano, eius significatio non adeo atrociter in homines grassabitur. Illud in huius nostri tēporis cometa sum speculatus, ipsius significationes mitiores ac placabiliores futuras, hoc est nō nimis horrēdas & acres propter comet3 præsentiā in signo fortunę. Taurus enim Veneris est dom9. Ac propter illius benignum colorem: cæterum non deerunt mortes, rixæ, ac vulnera inter homines & acerrima bella, in borealioribus regionibus. Veruntamen nisi mundi noster redemptor secus disposuerit multo tempore durabunt, propter eius multam addiutinam durationem. Hactenus hyemem

borealem, niuosam ac frigidissimam habuimus, adeo vt in Betica, quod prodigiosum atque mirandum fuit; Durius, Ana, vberrima flumina gelu sic constricta fuerunt., vt super ea multi incederent: quod & in Castella accidit sed non ita mirum. mali aureæ acerbæ & citri frigore ac glacie perierunt. Præter cæterorum ordines hominum, præcipui viri obierunt, Pontarchus seu Archimarinus, Præses Cardinalis Spinosa, Archiepiscopus Compostellæ. Episcopus Placentinus. Et quoniam vt tradit Iulius Firmi-
Iulius Fir. li.2.c.12, cus Taurus significat saporem amarum: Colorem viridem & album, animalia quadrupedia scissarum vngularũ, Clima quintum, terras cultas, homines mediocres, omnesq; ceruicis ægritudines, hæc omnia infortuniũ calamitosum ferent: vt homines, qui Tauri signum in sua genesi Horoscopans habuerunt: Armenta boum patientur: terre cultæ ægre fructum edent, atq; creabunt: & quia
Alchibiti⁹ Differẽtia 1. Arbores habet, quæ plantantur, autore Alchabitio pauci fructus ex eis decerpentur, præsertim ab illis, quæ Tauro subiectæ sunt viridaria & pomaria infestabũtur. Et q̃ sub Tauro teste Ptolomæo est insula Cyprus &

Asiæ

Asiæ minoris maritima loca bellis vexabũtur, ac quoniam, vt Alchabitius tradit, habet guttur & collum, & eorũ ęgritudines, homines ægrotabunt, atque peribunt his morbis, Ranula, Grecè βάτραχι σ vocatur, tumor est sub lingua. Tonsilis, Angina, Vua, strumis. Hi morbi augebũtur ac mortalib⁹ nocebũt, cum Luna ad plenilunium tendet, vel justa pleniluniũ sit, quia exaltatur in Tauro vbi cometa hospitatur. Illudq; medicis & chirurgis in istis morbis hac tempestate curandis cauendum, atq; obseruandum moneo, ne strumas, Tonsilas, aliosq; huiusmodi tumores ac tuberculos scindere, aperire, scarificare, secare venam, contendant, Luna Taurũ signum occupante: ægrotum enim ad vltimam miseriam afferent sic Ptolomæo hortante. Ptolomę Centilo. Membrum ferro ne percutito, cum Luna signum tenuerit, quod mẽbro illi dominatur. 20. Loca enim quæ incolit, magis humectat. Luna namque humorum dominatrix est: indeque si tunc mouentur, impensius ea humoribus replet, vnde vlcera putre facit, neruos distendit, quo circa curatio irrita ac periculosa & incommoda erit. Atq; quia Taurus signum est terreum aliqua lo-


ca terræmotibus vexabuntur, Quoniã Mars in tauro habet triplicitatem: in terris bella, & incendia non deerunt, præſertim quod cum hic cometa ſplenduit, menſe videlicet nouẽbri anni. 1572. Mars in Capricorno commorabatur, vbi exaltationem obtinet. Quia hactenus per quinq; menſes ſpleudet, eius ſignificationem per quinque annos duraturam reor, in ſigno nanque fixo Cometa eſt: ſic reliquum durationis tempus metiemur. In vltimis ſuæ durationis annis frumenti inopia homines laboraturos eſſe ex eo judico, quia Taurus plantationis ac ſementis ſignum eſt. Et quia vt ſcribunt aſtrologi Luna in Tauro morante ſeminare, arare & agriculturas facere, & terras proſcindere optimum eſt. Et quod quintũ clima Tauro ſubjicitur, ibi eius ſignificationes magis indicabuntur.

Quando ſchema in cometis eſt erigendum. Ca. XVIII.


Controuerſũ inter artis oſtronomiæ ſcriptores eſſe poterit, quando ac quo tempore

pore cinncinatę seu comatę apotelesma sit erigendum. An eius initium simus obseruaturi, cum primum splenduit, medium eius tempus, aut dum velocius mouetur. Quæ postrema friuola sunt, & nullius effectus: quo nanq; pacto quis medium stellæ tempus obseruare, cum nec quandiu duraturum, cognoscat: acquî motum velocem intueri valebit, si immobilis manet? Nos ergo sic actitandū censemus: puta si cometa post eclypsim, vel solis, vel lunę, effulserit mediam coniunctionem cōsiderandam esse, & ad illud tempus schema aptandū. Quod Haly Rodoan in Ptolomæi comentarijs efficiendum, judicauit. Sin alio tempore appareat, initium illud captandum existimo. Quanuis huiusmodi initiū obseruare, grauissimum ac difficillimū sit, ratio in prōptu est: si enim interdiu exeunt, conspicere non possumus: si noctu & sub terra tantundē accidet. Cæterū cum cometæ splendeant, hocq; principiū nobis ignotū sit: Haly Rodoā consiliū sequemur: cum nanque cometæ cuiusdam initium habere non potuisset, primā, post cometęortū, solis ac lunæ synodū seu coitum seruabat, ac quoniā illo tēpore cometā sub terra esse con

tingit, idcirco, sub terra in figura hac crinitũ esse conspicies idem actitãdum ego censeo, si coniunctio duorum superiorum euenerit, ante cometæ apparitionem, dum alter sit Mars hic, vt alibi dictum, in eleuandis à terra exhalationibus, exquibus cometæ constant, vim ac potentiam habet. Verum ego in hac sententia perseuero, manibusq; præssis eam amplecti vellem, vt cometæ initium quantum posis habere coneris, si non vidisti, ab agricolis, pastoribus, & noctu iter facientibus, & agasonibus, illud inquire diligentiq; cura indaga, tunc exacte ac sine vlla hæsitatione, quis fuerit dominus loci cometæ, quod, ex signo in quo est, expiscaberis, & domorum positum, planetarum aspectus, quos cum cometa habeant, coniunctiones cum stellis fixis Deo iuuante deprehendes, Iudiciaq; tua clara erunt. Figura Haly Rodoan quam in visione cometæ est contemplatus.



Hanc eādem figuram sic Cardanus apta uit: vt infra vides.



Thema Cometæ Haly Rodoan vt Cardanus erexit.

De hoc cometa Haly Rodoan tradit. Partem solidam figuræ, id est illius medium & corpus ipsum cometæ rotundum esse, Venere triplo maiorem, eiusque claritate totũ orbem illustrari, eundemque splendorem ex se immitterere, quo luna. In quarta aliqua splendet. Quæ omnia, sideris magnitudo videlicet, ac splendor, euentus magnos futuros

ros esse significabat: & quia de natura Saturni, Martis, & Mercurij esset, calamitates ingentes ac ærumnas nuntiabat. Naturam Saturni sequebatur, quoniam radios tetragônos, seu quartiles, ad coniunctionis & crinitæ locum ex angulo ascendentis iaculabatur, erat de natura Martis, quia in Martis domicilio hospitabatur: ex natura Mercurij, quod in Mercurij terminis coniūctio luminarium, & Mars reperti fuerunt. Est quoq; inspiciendum, quando crinita contra successionem progrediatur, hæreses ac contra leges turbas ac dissensiones excitat. Sicq; illa tempestate, vt ipsemet Haly scribit, rebellis quidam surrexit, qui Meche & Hyetob insignes vrbes magnis infortunijs esti nsecutus: quod etiam Ptolomeus notat, est aduertendum si cronatores seu domini otardanum, nunc in ecclypsibus, nunc extra ecclypses, benefici fuerint, & in vrbibus aut prouincijs dominetur, si à malis nō impediuntur, damnum quod cometa portendit non ita calamitosum futurum, idem in maleficorū potentia cōsiderandū. Si enim vicerint, vt in hæc Haly c ometæ, notabile ac conspicuum detrimentum inferet.

Ptol. lib. 2. Iudiciorū. cap. 8.

Qua

Qua vi cometæ ex terra educantur ac ferantur sursum. Cap. XIX.

ILLVD cognitione dignũ est, qua vi cometę seu exhalationes à terra extrahantur, ac sursum ferantur. Vtrùm id sponte sua, an potentia ac alterius rei virtute fiat. Leupoldus docet alios Astrologos affirmare extrahi, ac sursum vehi à duorum planetarum Synodo, & coniunctione. Alios vero ex adhęrentia vaporis cum lumine planetæ vel stellę. Georgius Trapezuntius per influxum superiorum generari ait. Cui suffragatur Augustinus Niphus inquiens, omnis cometa attrahitur à stellis: quia omnis eius materia leuatur à stellis. Quod Aristoteles pressius & arctius tradit inquiens, mouentem exhalationem sursum Solem cœlestem esse: quę si alicui igneo occurrerit, incenditur, & fit cometa: nec amplius Aristoteles de hac re disseruit. Cui refragari possumus. Nã Sol semper à terra exhalationes fugit ac excutit, Non tamen in tanta quantitate vt cometa gene-

Leupo. tracta. 5.

Geor. Trape. in coment. centi. 98.

Augustin. n cometa.

Aristo. lib. .c. 7.

generari posſit, ergo ad aliam abſtruſiorem cauſam eſt recurrendũ, quæ ſolis hunc effe- ctum adiuuet, & augeat. Aſtrologorum igi tur hoc erit munus ac penſum, qui conſulen di, & ad eorum dogmata deueniendum eſt: quorum officium exiſtit, hoc penitius in- telligere: qui ſic decernunt. Quando eſt ali- qua trium ſuperiorum coniunctio, Saturni, ſcilicet, Iouis & Martis, & in illo anno Mars fuerit dominus, apparebit cometa: quoniã Mars & Sol multas exhalationes attollent. Vt cometa emergere valeat. Deinde vero ſi Mars ſit anni dominus, moreturque in ſi- gnis aereis, puta in Geminis, Libra, Aqua- rio: vel terreis, vt Tauro, Virgine Capricor no, & Luna in ſigno aereo ſit, male afflata ac infortunata aſpectu vel coniunctione Martis, vel Saturni, aut alicuius aſtri primę magnitudinis, cometa affulget: & eo certius, ſi Mars fuerit dominus ſigni, quod Iupiter in anni principio occupauit. Efficientur e- tiam cometæ ſi Mars in annorum reuolutio nibus copuletur, vel opponatur Saturno: & caudam draconis malo aſpectu Saturnus pulſet, vel ei coniuncta fuerit. Addit Ptolo mæus, ſi in deliquijs luminarium Mars, aut

Mercurius signo eclyptico dominatus fuerit, quod expertus fuit Augustinus Niphus anno 1506. die tertia mensis Augusti, cometa apparebit. Hinc non admodum mirandum est, Cardanum multis ante diebus, quã cometa conspiceretur, videndum esse prædixisse. Stultissimum enim ac stolidissimũ vulgus statim ad id reccurrit, quando res adeo abstrusa & recondita, vt suo ingenio assequi nequeat, malis artibus id scitum ac cognitum fuisse, tantum abest vt literatis dignam suæ eruditionis gratiam referat.

Geneseos cuiuscunque vrbis indagatio. Cap. XX.

COmeta cum effulserit, si in quibus oppidis & populis fœlicitatem vel infœlicitatem notet intelligere libet, & illud oppidum cui signo subiaceat, non constet, diligentissime hæc erunt consideranda.

Leupold. tracta. 5. Leupoldus de hac re sic disseruit. Credo (inquit) quadruplicem esse viam: vnam, si tempus illud poterimus scire, quando prima

ma villæ vel loci fundamenta iacta fuerũt, quoniam ſignum illud quod in Horoſcopo ſeu aſcendente in orientali angulo erat, eſt illius villæ vel loci ſignum: & planeta qui in illo temporis puncto ſeu momento in figura potentior fuerit. Almutam Arabiæ ce idest potentia vincens cæteros planetas vocatur, nulla ratio ſeu via eſt hac certior, verum perdifficile erit hoc principium inuenire. Alia via eſt, attento animo indagare, atque obſeruare, accidentia fœlicia vel aduerſa quæ illi oppido vel loco eueniunt. Nam ſi ille euentus eſt fœlix ac proſper, planetam illius vrbis ſignificatorem potentem in apotelesmate inueniri oportet: ſignumque illius loci potentiſſimum in aliquo angulorum, hoc eſt in aſcendente, vel Decima, Septima, Quarta domo erit. Planetęque fauſti ac beneuoli, vt Iupiter, Venus ac Sol in bonis locis fortunati aſpectu Trigôno vel exagôno ſignum illud viſentes conſpiciẽtur, aut hoſpitaliter in eo excipiẽtur. Si tamẽ accidẽs illud ac euẽtus pernicioſus & atrox extiterit, planetã illius loci dñm, debilẽ, vilẽ, in abiectis figuræ locis, idest, cadentibus domibus proſtratũ & cum malis plane-

planetis vt Saturno & Marte coniunctum, maloque ac fœdo eorum aspectu visitatum in schemate videri conuenit: vel saltem in eodem signo non fauenti hospitio termini planetæ accipiantur. Tertia via est, si Genesim, vel natiuitatem domini, qui villam vel vrbem condidit, sis nactus. Cuius viæ Ptolomæi interpres meminit. Quarta via & modus oppidi ascendens inueniendi ab aliquibus ponitur, eodem Leupoldo docente, per diem fori, vel mercatus illius oppidi, nã si illius mercatus dies est Veneris, Venerẽ illius loci planetam esse aiunt, si autem Iouis, Iupitrem dominum loci constituunt. Verùm hæc vltima via friuola & inutilis mihi videtur, sæpè numero nanque accidit, necessitate quadam populares aut vrbis ciues motos, hunc vel illum diem suo mercatui, foro aut nundinis designasse, id præsertim considerantes: in hoc die non posse fieri, vt mercatus dies assignetur, quod villæ, aut oppida quæ prope sunt illo die nundinantur: quo circa in hoc vel illo die fori tempus instituere necesse est, prout in oppidis proximis, diem vacare viderint. Super hac autem re & cognitione nos sic disputamus. Vnius cuiusq;

Ptol. inter pres par. 2. c. 3. in fine.

Leupo. tracta. 5.

cuiusq; oppidi vel vrbis Genesis tribus modis indagari ac intelligi potest. Primum scire in quo puncto vel minuto aut gradu signi horoscopus aut ascendens erat, quãdo locus ille ædificari cœpit, ipse nanq; oppidum refert ac significat. Vtq; ille gradus & signum afflatus aut affectus fuerit, sic penuria vel copia frugum, valetudinis, fœlicitatis, vel infœlicitatis illius oppidi DEO sic constituẽte, erit. Et si quolibet anno id intelligere cupimus reuolutionem oppidi cõtemplemur, nempe in quo scrupulo seu minuto Sol erat, quando vrbis fundamenta iaciebãtur, quod tunc scietur, si cognouerimus, quo temporis momento primus lapis in ea collocatus fuit. Scrutemur ergo quando Sol ad idem scrupulum reuertitur, tunc vrbis reuolutionem habebimus. In templo maximo Illiberitano seu Granatensi, ego memini, aptam cœli constitutionem a mathematicis illius vrbis seruatam esse, in qua primus lapis fuit iactus. Nam vt Haly Abenragel docet, si incepe-rimus extruere parietem, illius initium erit natiuitas illius parietis, & ita docendum est de omnibus initijs. Deinde si hoc initium ignoratur, natiuitatem illius, qui vrbem fun Haly par. i.c.5.

H dauit,

dauit,videamus. Si hoc aſſequi difficile fuerit,minimeq; valuerimus,ſcire, quoniam abditum ac reconditum hoc eſt, domini illius vrbis,qui rerum potitur,genituram conſidera. Vt Ptolomæus monet. Quod etiam difficillimum eſſe puto , ac præter quam quod non eſt in promptu,domini vrbis geniturã ad manum eſſe,illud maximum obſtaculũ offertur,varia oppida idem ſignum ac planetam dominatorem habitura : cum igitur forte fortuna hanc domini oppidi Geneſim ſis nactus,illius domum decimam intuere,ac quemadmodũ in annorum reuolutionibus illius domini genitura ſe habuerit, ſic de oppido vaticinaberis. Si enim in angulo vel ſuccedenti decimæ ſignum fuerit,planetaq; illius fortunatus inueniatur,bonos euẽtus in illo oppido futuros eſſe, prædicemus ſin aliter euenerit, econuerſo iudicabis.

Ptolo.lib.2.c.4.Iudiciorum.

Poſtremo ſi hæc omnia ignota fuerint, per illius oppidi fauſtos euentus,vel infauſtos,hominum mores,negociationes, morbos,& vultuum colores,quod ſit illius oppidi aſcendens,& planetę intelligemus. Quod hoc modo venari poterimus, ſi in illa vrbe prelium,fames,peſtis,libertas,priuilegium,

aliquod

aliquod à potenti, vel à domino cuius sit, accidat in illa hora quæ signa in angulis morẽtur, inspice: deinde horum signorum planetas dominos, qui sunt, conspicabimur: quẽq; fortiorẽ inuenierimus, illi oppido in bonis euentibus attribuemus: si autem casus infœlices, ac infortunati extiterint, signa cadentia ab angulis, & planetas suos videbimus. Illudq; signum, & eius planetam, qui magis infortunatus fuerit, illo oppido significatorem capiemus, & sic singulis annis de quolibet oppido, municipio, vico, vrbe, & quacũque domo iudicare poterimus, Astronomi nanq; regiones, prouincias, regna, vrbes, oppida, signis cælestibus subiacere asseuerant, longa enim eclypsium ac magnarum coniunctionem obseruatione, effectus & planetarum, significationes in huiusmodi signis, in illis locis accidere inuenerunt: & cum effectus huius signi ac planetæ, in hoc vel illo oppido contingere, obseruarunt: inde illi signo & planetę subijci, affirmarunt, sic enim DEVS optimus maximus, disponere voluit. Si autem vrbis seu potentissimi viri Genesim habuerimus, tunc medium cæli pro gubernatore seu principe considerabimus,

atque locum Solis, vel Lunæ, & ascendens vrbis, quod est ipsius significator, & cũcta inter se cõferemus. Si autẽ vrbs, ab aliquo præside, aut prorege gubernetur, & potẽs ille ac dominus oppidi procul abijt misce eorũ trium Geneses, hoc pacto in vrbis genitura quæ potissima est, suum ascendens inueniemus. In Domini natiuitate dabimus vrbi, medium cæli, & postremo, medium cæli natiuitatis præsidis vel gubernatoris eidem dabimus: quæ omittenda erit, si potens ille, vel dominus illius vrbis ad sit, vel prope sit.

De cœlestibus prodigijs. Cap. XXI.

Ne puteimus phantasmata, seu visa, & prodigiosa ostenta, quæ in aere conspiciuntur, significatione carere, & quoniam ex cometarum materia constant: de ijs aliquid disputare visum est. In aeria prima regione quędã innatæ impressiones fieri conspicimus, quæ quando acciduut, maiorem terrorem ac admirationem hominibus, quam come-

tæ inferunt; quo circa præter naturam con tingere multi arbitrantur. Plinius narrat, apud Mamertinos ac Tudertes, Vmbriæ in sexta regione Italiæ populos, arma cœle stia spectata, ab ortu occasuque inter se con currentia, pulsis quæ ab occasu erant. Iose phus item memoriæ prodidit, ante Hierosolymarum excidium ante Solis ortum, visos esse per inane ferri currus totis regionibus & armatas acies, tranantes nubila, & ciuitatibus circumfusas. Iulius obsequens refert: L. Opimio, Quinto Posthumo consulibus, arma in cœlo volare visa. Ab eodem literis mandatum est, Caio Mario, & L. Valerio consulibus sub occasum Solis orbis clypei similis ab occidente ad orientem visus perferri. Augustinus Niphus refert, anno 564 Acies igneas in cœlo visas inter se à Septentrione in austrum concurrere, pulsis tandem australibus: & quidem cum magno armorum sonitu in cœlo auditas. Anno item 584 in cœlo duo villici seu rustici homines baculis inter se dimicantes in cœlo sunt visi. Anno quoque 774. in cœlo barbarus quidam vir visus fuit in manu magnum baculum ignitum ferens. Inter annos 1174. & 1184.

Plini. lib. 3 c. 59.

Iose. lib. 7. cap. 12 bel. Iud.

Iulius lib. de Prodigijs.

& 1184. Equi armati horribiles in cœlo visi sunt, qui circiter septem horis accerrime pugnarunt: idem Augustinus Niphus memorat, Prosperum Columnā anno 1514. in Gallia Cisalpina quam Lombardiam vocant cum ibi dux esset, ad Augustinum Niphum scripsisse prope Vigenarum, duos milites armis admodum munitos in cœlo apparuisse, tribusque horis fortiter dimicasse: alter cū terga vertisset, victus ad tertiū lapidem iter arripuit, alter victor vsque ad secundum lapidem est insecutus, & ibi euanuit. Quæ omnia visa ex cometarum materia id est exhalationibus & impressionibus ignitis constare non ambigo. Sed formas illas portentosas capere omnibus est in confesso. Qua vero ratione fiant, id abstrusum atque abditum est. Ego vero quanquam alijs iudicandum relinquo: intelligo, materiam illam nō ita concretam ac crassiorem esse, vt illa cometarum est, quoniam non multum durāt, quæ cum inceditur, formisque stellarū cœlestium adiūcta, & formata, ostenta illa apparent: vt in nubibus, cum illas contemplamur, equorum, Draconū, Serpentum, Leonum, hominum effigies formari videmus.

Quas

Quas formas, pro siderum natura ipsis impressionibus dominantium, figurari non dubito. Quando quidem, vt in cometarum materia, ab ipsis astris exhalationes in sublime leuãtur: indeq; in eis figuras suas imprimũt. quod adprime Ptolomæus sensit: in generatione (inquit) & corruptione formæ afficiũtur à cœlestibus formis: hæc Ptolomæus. Persei nanque constellatio milites formabit, quando exhalatio apta ac disposita fuerit. Heniochi seu Aurigæ currus figurabit. Engonasis & Cepheus homines effingent: Bootes seu Arctophylus homines rusticos apparere faciet: Pegasus equos ostendet: & sic de reliquis cœli constellationibus, attamen ille scrupulus hominem acutum poterit exercere ac excruciare: quî hæc simulacra tam velocissimo motu agitari inspiciantur, qua vi ac potentia impellantur, vt inter se concurrant, demicent, ambulent, quibus respondemus, ventum esse in causa: nam cũ vt dictum est, in infima aeris regione appareant, vento huc illuc impelli, necessum est: qui & simulacra illa sua vi propellunt: quando vero venti sunt aduersi phantasmata illa, vt inter se concurrere vide

Ptolo. centi. 9.

faciunt. Dum tamen vnus est ventus lenis, vt ambulare recta via nobis aspiciantur, effecit. Si varij, vt varie moueantur, cogunt.

Quanto tempore cometarum effectus durant. Cap. XXII.

OPVS difficilimum esse reor, exacte tempora, quibus cometarum effectus durent, signare: exactissimoque calculo, indigere nemo inficias ibit, adeo recondita res est hæc, vt hactenus neminem legerim, qui tempora annos, menses, dies, horas quibus cometæ suos effectus exercent, scriptis tradiderit. Præter hæc confusa ac incerta, quæ ex aliorum mente & opinione, astrologorum princeps Ptolomæus miro Laconismo ac concisa & Salustiana breuitate huic labyrintheo negocio de cometis loquẽs, satisfecit. Prodit enim, nam cum fuerint matutinæ, diuque fulserint, celeritatis:

Ptol. libr. 2. cap. 9. Iudiciorum.

sin vespertinæ, traditatis significatio futura est. His verbis duo innuit Ptolomæus, primum si paulisper, cometæ apparuerint eorum actio ac effectus parū durabit, sidiuspl ē duerint, effectus multæ durationis erit: item docet ex eorum configuratione ad solē nos morā ac effectus duratione, vel paucitatē, & velocitatē futuri effectus dignoscere posse, si enim matutinæ fuerint, hoc est orientalia, idest, quod ante solis ortū oriantur, eumq; antecedant, & in ortu videantur, celeritatē, euentu eorū, & significationem paulo post complendā, prænuntiant. Sin vero vespertinæ fuerint, idest occidentalia, videlicet quod post solis occasum supra finitorē seu horizontem maneant, tarditatem monstrant. Deinde vero si cometa multum ac diu se conspiciendum exibuerit, eius effectus in orbe admodū grassabitur, sin paulisper commoratio est, non ita diu permanebit, adde insuper si magnus cometæ corpus ac splendor fuerit, eius euentus maximus, sin paruus, paululum durabit. Augustinus Niphus commemorat, si commeta post solarem eclypsim, vel ob solarē eclypsim contingit, idest, quādo eclypsis generationis co

metæ cauſa fuit pro vnoquoq; ſui cōſpectus vel apparitionis die, annū durationi attribui: ſin aūt propter lunarē eclypſim, cui libet apparitionis diei mēſem dari. Ego vero ſic de hac re ſentio, naturā ſignorū vbi cometę fuerint, & cōſtituerint, eſſe inſpiciendā: nā ſi co meta in ſigno fixo, vel ſplenduerit, vel manſerit, puta in Tauro, Leone, Scorpio, Aquario, pro menſe annum ſignificationem perſeueraturam eſſe exiſtimo, ſi in communi, nimirum Geminis, Virgine, Sagittario, Piſcibus, pro diebus, menſes notabit. Si in mobili, Ariete, ſcilicet, Cancro, Libra, Capricorno, tot dies euentum eſſe permāſurum quot effulſerit. Quartam etiam cæli, quam cometa incoluerit, inſpicere oportet: nam ſi cometa quartam orientalem tenuerit, parumper eius ſignificatio ſe oſtendet: horas videlicet aliquas, ſi quartam meridionalem, Dies: ſi occidentalem, Menſes: ſi ſeptentrionalem, annos. Eſt quoq; dominus ſigni in quo cometa fuerit ſpeculandus, quoniam ſi velox eſt, & occidentalis, breue ac exiguum, quod ſignificauerit, inuenietur: ſi velox & orientalis, tantillæ perſeuerantiæ euētus futurus eſt: ecōtrario eueniet ſi tardi motus erit. An

guli

guli similiter sunt intuendi, cometę nanq; in angulo magis suũ euentum duraturũ, signãt; si in succedẽti, nõ ita nimis: si in cadẽti, paru permanebit, omnes hæ significationes aper tissimo quoq; astrologo in hac abstrusissima speculatione miscendæ ac pensitandæ sunt.

Quo tempore postquam apparẽt cometæ effectus ostẽdunt. Cap. XXIII.

Rutarunt aliqui, cometas nõ continuo cũ fulgent, & conspi cantur, suos effectus exercere, sed interuallum aliquod tẽporis labi, priusquam suam vim operentur. Ego profecto experimento ductus, nisi, vt inquit Hippocrates, fallax est, in uenio, antequã eos intueamur, & postq̃ elucẽt, suos effectus impingere, verũ cũ non ita manifesti sint, nec tantarũ viriũ tẽpore quo fulgẽt, illos nihil antequã cõspiciantur effice re, aliqui autumãt, hincq; error prodit. Terra exhalationem illam pestilentem vt plurimũ, vnde cometæ prodeunt, eructat, indeq; aerem infici necesse est, ipse aer in corpora infe-

inferiora, prauam illam constitutionem intromittet: indeq; sui effectus exordiũ capit. Exiguus tunc erit, & non ita manifestus, attamẽ corpora apta reddit, vt quãdo cometæ radios suos vibret, sine vllo negocio nec mora prauã naturã suam exequantur, vnde mortes repentinæ, subiti animorũ impetus de repente prosiliunt, opinamurq; in illo tẽporis momento morbũ aut malum illud, suã malitiam operatum fuisse, cũ iam multis ab hinc temporibus in venis & corporis visceribus & intestinis latitasset. Alij Astrologi Ptolomæũ sequentes tradunt, si in ortu cometæ conspecti fuerint, paulopost tẽpore suos effectus pandere, si in occasu, aliquãtulo tardius. Augustinus Niphus profitetur, Quando in ortu apparet, significationẽ cometæ primis quatuor mensibus ostẽdi, si in meridie in secundis quatuor mensibus euẽtus incipere? si in occasu, in quatuor vltimis mensibus. Attamen illud est queritandum, vbi tandiu malitia illa latitet, Respondendum censeo, ita vt in à cane rabido morsis accidere, nã vt doctissimus Doctor Brauus probat, duos tres & quatuor menses & annũ &. 7. annos rabies & venenũ ocultatur. Euenit nanq;

Guido Bonatus Parti. 8. cap. 104. Ptolo. li. 2. c. 9. Iudiciorum.

Doctor Brauus. lib. de Hidrophorbia.

nanq; illud, vt ipsemet Doctor confirmat, ex maiore vel minore agentis vel passuri corporis dispositione, sic in cometarũ effectu obtingit. Sine dispositione enim tũ agẽtis tũ patientis, nihil sub cœlo agere influxus possunt, illud autẽ veritatis cãcellos ac fidei transilire videtur quod Porphirius scribit, quot dies cometæ apparuerint, tot ãnos cometarũ effect⁹ durare, alij autẽ aiũt, quot horas in prima apparitione super terrã crinita visa fuerit, tot annos eius effectum per durare. Ptolomæi interpres Grecus ex sui magistri experimẽto, prodit, si Mercurius illo tẽpore quo crinitum sidus splẽduit, fuit auctus numero, tãdiu ostentũ illud durabit, quod adminuatur cõsideranda igitur Martis & Mercurij dominatio, & dicendum, eo vsq; mansurum ostentũ: quod vt euidentius teneamus, dicendũ est, concretionẽ hanc cometarũ & exhalationem de natura Martis ac Mercurij esse (vt diximus) ideo horũ planetarũ numeri auctio est contẽplanda: si enim cum crinita sidera prodeunt, aucti numero sunt, tandiu durabit ostentũ illud ac significatio, quoad numero diminuatur. Planeta auctus numero dicitur, vt docet Purba

Ptolo. interpres li. 2. c. 9. Iudiciorum.

Purbachi. in Theoricis Planetarũ.ca. de Paſsionibꝰ Planetarũ diuerſis. Zacutus in Almanach.problema. 15.

Purbachius, quando æquatio argumẽti additur ſuper motum: Minuius vero, quando minuitur. hoc accidere, ait Zacutus ſi argumentum, verũ planetæ minus fuerit ſex ſignis: auctum vero ſi ſex ſigna excesſerit.

Cometæ quantum tempus durare poterunt. Ca. XXIIII

Plini. li. 2. c.25. Seneca. li. 2.c.2. Naturaliũ. Quæſtio. Ioſephꝰ li. 7, c.12. Bel, Iudai. AEgeſip. lib.1.ca.14. De excidio Hieroſolimitario

A Plinio memoriæ proditum reperiõ breuiſsimum tempus, vbi cometæ cernuntur, eſſe ſeptemdierum longiſsimum octoginta. Veruntamen Seneca memorat, ſex menſibus durare, atque; capite decimo eiuſdẽ libri ferit, cometas ſenis menſibus apparuiſſe: & capite vigeſimo primo ſic progreditur, ſex enim mẽſibus hic, quẽ nos Neronis principatu lętiſsimo vidimus, ſpectandum ſepræbuit. Ioſephus ſcriptum reliquit, cometẽ ante Hieroſolymarũ excidiũ, annũ duraſſe: ait nanq; Modo cum ſupra ciuitatẽ ſidus ſtetit, ſimile gladio, & per annũ perſeuerauerit cometes cui ſuffragatur AEgiſippus, cuius verba ſunt. Nam per annũ fermeſupra tempum ipſum cometes poſsim ignes

gladij

gladij quandã præferẽs similitudinẽ, denunciabat quoq;, ferro & igni gentis & regni vrbisq; ipsius vastitatẽ futurã. Quid enim similitudo gladij, nisi bellũ? Quid ignis, nisi incẽdium denunciaret. Visus est autem, priusquã populus a Romanis sese dissociaret, hęc Egesippus. Zonaras his assentiẽs hoc scripsit ἔστι μὲν τὴν πόλιν ἄστρον ῥομφαίᾳ παραπλήσιον καὶ κομήτης φανεὶς παρέτατο ἐνιαυτόν. idest, supra vrbẽ astrũ astitit gladio simile, cometa per annum apparuit. Octaui' Vibian' scriptis suis tradidit, Anno 1564. cometã inusitatæ magnitudinis tres mẽses visum, & Anno. 1314. alterũ conspectũ qui totidẽ meses visus anno. 1433. quatuor mẽses alius effulsit. Anno. 1337. alius quatuor menses splendait, & post hũc alter statim ortus, qui duos menses emicuit. Quibus omnibus historijs liquet, tẽpus durationis cometarũ varium ac incertum esse. Quod quidẽ à certa ratione pendere, nemo est, qui inficias eat. DEVS enim noster optimus salutis humanæ omnipotens autor nihil sine miro ordine disposuit, atq; digessit. Vidit nanq; cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.

Zonaras Annalium Tomo. 1.

Octauius. lib. de Cometis.

Salmanticæ.

Excudebat Petrus Lasus.
Anno. 1574.